Didaci a deça ordinis p̄dicatorꝫ: miseratione diuina Archiepiscopi Hispaleñ. defensiones ab impugnationibus magistri Nicholai ð lira: magistriqꝫ Mathie ꝓpugnatoris sui in postillis nō nullis super bibliaꝫ contra sanctum Thomam.

2

¶ Didaci a deça ordinis predicatorũ: miseratione diuina Archiepiscopi Hispaleñ. in defensiones sancti Thome de aquino: ab inpugnationibus magistri Nicholai de lira: magistriq Mathie propugnatoris sui in postillis nonnullis super bibliã Prefatio.

Uirum stultum interficit iracundia: et paruulũ occidit inuidia. Que verba Gregorius quinto libro moralium pertractans inquit. Nec enim possumus inuidere nisi eis quos nobis maiores esse putamus. ipse quisq sibi testimoniũ perhibet q illo minor sit: cuius inuidie liuore torquetur. Cur enim hostis ille antiquus primo homini inuidendo subripuit: nisi quia amissa beatitudine: minorẽ se mortalitati illius agnouit? Cur et Saul Dauid strẽnuum populi sui ducẽ persequebatur: nisi q cum magnis quotidie virtutũ successibus sensit augeri? Habet hoc nimirum inuidie estuantis virus: quod cuncta que inuenerit bene gesta aliorum inficit ac consumit. Hec cum ita sint: irati hostes vt ita loquar insultare nõ debent: si diui Thome aquinatis probatas sententias fideles atq veritate plenas: morsibus obtrectatorum patere videant. Siquidem meminisse eos oportet id vsu omnibus fere scriptoribus alia atq alia ratione euenisse. Uerum hoc vnum admirentur magis: q doctrinam eius probatissimam cernãt tam multorum non vtiq vulgariũ iaculis propulsatam non extingui. non euerti. aut vel in modico vnq infringi potuisse. quod certe necdum ingenii sui maximi argumentum est non exile: verum q e celo vim mentis scribẽdiq munus fide integerrimum nactus sit. Illud itaq sibimetipsis obiiciãt latratores: quod sancti doctoris dogmata magno ac excellenti ingenio viri vt ipsi aiunt impugnauere. nam id vtiq non fecissent: nisi eius apud omnes summũ fuisset iudicium et virtutis opinio: vt tanto sibi inde maiorem compararent triumphum: si quod eos fefellit fortissimum pugilem postrauissent. ex eorum tamen oppugnationibus: celeberrimum apud mortales qui modo ceci non sunt aut ingrati: diuus aquinas nomen assecutus est. Horum nuper magister Nicholaus de lira et quidem vir doctissimus inuentus est. qui cum veteris ac noue legis postillator sederet: nonnulla sancti Thome theoremata corrigen

da annotauit. Cui cum dominus Paulus Burgeñ. episcopus se sancti doctoris defensorem offerret: magister Mathias prouintie Saxonie minister: accerrimus Nicholai surrexit propugnator. et nunc rationibus eius vt ipse putat vires accõmodando: nunc nouis quibusdam argutijs adinuentis: sententias sancti Thome labefactare ac prope expugnare conatus est. Ego vero non ꝙ me maiorem alijs aut doctiorem existimem (neqꝫ enim vires meas ignoro) sed quo militie mee disciplinam pro veritate tuenda cui me deuoui vtcũqꝫ adimpleam: ceptuꝫ pro sancto Thoma adiui certamen. hunc tamen mihi duntaxat placuit imposuisse terminum: vt et aduersantium rationes inualidas penitus ac ineptas ostenderim. ⁊ sancti doctoris dogmata inconcussa probauerim veritate subsistere. Burgeñ. vero benedicta et que causaꝫ sancti Thome tangere visa sunt: in sortem meam suscepi. cetera que ad rem non pertinent quecũqꝫ illa fuerint vera aut falsa: intacta reliqui.

¶ Circa librū Genesis.
Capitulo primo.

IN capitulo pmo libri Ge-
nesis super illud. Dixit au-
tem de⁹: fiant lumiaria ⁊c.
Cum postillator iuxta ex-
positionē littere secundum
tertiā opinionē vellet ꝓbabile ostendere
ac defendere ꝙ corpus solis factum fuerit
quarta die ex nube lucida. que secundum
tertiam opinionē fecerat tribus dieb⁹ pre
cedentibus diez ⁊ noctē: Improbat quā-
dam sancti Thome argumētationez. Ex
prima parte questione. lxvij. articulo vlti
mo. ad secunduz inquiens. Nec valet qđ
contra hoc obijcit frater Thomas pma
parte summe sue dicēs. ꝙ nō potest cōue-
nienter dici ꝙ in prima rerū productione
aliquid sit productū satꝫ cito corrūpēdū.
Ex quo concludit incōueniēter dici: solez
factū ex illa nubecula. quia sic fuisset cor-
rupta. Non eniz corrūpunť ꝓprie loquē
do de corruptione secundū perfectam ei⁹
rationez: q̄ transmutanť in meli⁹. vt dicť
in libro đ generatione. sicut nō dicunť ele
mēta proprie corrūpi: quādo ex eis fit cor
pus mixtuz. quia corruptio ꝓprio modo
dicta: est via ad defectū. hic vero ad perfe
ctum. illa autem nubecula erat quid imp-
fectum respectu solis. Ipse etiā Thomas
incidit in id quod reprobat. quia in opere
quinte diei: dixit ꝙ aues ⁊ pisces facte sunt
ex quatuor elemētis. licet in textu solum
nominetur aqua. quod non potuit fieri:
nisi per corruptionem formarum elemen
tarium modo predicto. Hec postillator i
forma. ¶ Ad quorum primuz respondet
burgeñ. ꝙ postillator falso imposuerit il-
lud sancto Thome. cum per eaz argumē
tationem quaz postillator induxit: nō im-
probet sanctus Thomas opinionem que
corpus solis dixit esse factum ex nube lu-
cida: sed aliaz que prima fuit scilicet ꝙ nu-
bes illa: facto sole in preiacentem materi-
am redijsset. ad quam sequebatur nube-
culam illam vere ⁊ proprie corrumpi cuz
in rem viliorem mutata fuisset: scilicet in
preiacentem materiam. ꝙ autem ex nube
lucida non fuerit formatum corpus solis.
que tertia opinio recitatur a sancto Tho
ma: destruit per aliud medium. quia scili-
cet materia solis non potuit prefuisse sub
alia forma: si ponatur sol secundum natu
ram corpus incorruptibile. Unde satis cō
stat ꝙ postillator non bene aduerterit di-
cta sancti Thome. Hec Burgeñ. ⁊ bene.
et ad intentionem sancti Thome. ¶ Ue-
rum magister Mathias ordinis fratruz
minorum Saxonie ꝓuincie minister egre
ferens hic ⁊ vbiqꝫ defensionē sancti Tho
me: putat quadam sophistica circuitione
improbationem postillatoris non rectaz:
rationabilem ostendere dicens. ꝙ impro-
batio tertie opinionis secundum sanctuz
Thomam innititur eidem medio quo p̄-
ma opinio secundum eū destruitur. Pro
bat hoc. quia ex obiectione sancti Tho-
me contra tertiam opinionem: duo sibi vi
dentur sequi. Primum est ꝙ ex illa luce si
ne sui corruptione: corpus solis fieri non
potuit. quia materia solis non potuit pre-
fuisse sub alia forma: sine corruptione ꝑo
ris. cuius forme corruptio non erat cōue-
niens. quoniam nihil fuit in principio cō-
ditum: cito post corrumpendum. quod di
cit postillatorem in verbis sancti Tho-
me intime perspexisse. ¶ Secundum ꝙ
sequi videtur inquit ille ex dictꝫ scti Tho
me est. ꝙ nulla materia existēs sub forma
priori: potest esse sub forma posteriori ni-
si priori corrupta. Et ideo reprobat ter-
tiam opinionem quia forma solis specifi-
ca: formam lucis genericam non compa-
titur. propter quod ex luce non potuit fie-
ri sol nisi forma lucis corrumperetur. qđ
est inconueniens propter medium ꝑ quod
prima opinio secundum sanctū Thomā

fuerat improbata. Hec magister Mathias. ¶ Sed certe mirabile est ꝙ iste magister tam multas sibi texuerit inuolutiones: tanq̃ extraneum habuerit intellectũ: vbi sanctus Thomas plane aperuit mentem suam. Unde videtur magistri huius tota deductio: quadam extorsione pro sola voluntate conficta. Quod enim primo dicit vtriusq̃ opinionis improbationem secundum sanctũ Thomam eodem inniti medio: falsum est. Cum ambas nõ vna sed duplici argumentatione ac diuersa destruxerit. Et ad eius probationem dicitur ꝙ ex obiectione sancti Thome contra tertiam opinionem: non aliud sequitur q̃ ꝙ sanctus Thomas expressit scilicet ꝙ corpus solis non potuit formari de nubecula. Ad quam conclusionem vtitur ea ratione dũtaxat: quia materia solis non potuit esse sub alia forma si ponatur corpus solis incorruptibile ⁊ non ex quattuor elementis. Naz inde sequebatur ꝙ materia solis esset intransmutabilis, et ita ꝙ non fuit primo sub forma nubecule, et per cõsequens ꝙ ex ea non fuerit formatus sol. quia nihil aliud est aliquid ex altero composito fieri naturaliter: q̃ materiam vni⁹ primo fuisse sub forma alterius vt habetur ex primo de generatione. ¶ Et cũ magister Mathias dicit ꝙ in dictis sancti Thome includitur ista: materia solis non potuit fuisse sub alia forma sine corruptione prioris: verum est. Sed est falsuz ꝙ talem corruptionem fuisse in prima reruz productione: sit illud inconueniens ad q̃d tertiam opinionez pretendit sancti Tho. ducere. Nec corruptio prioris forme nubecule: est medium aut fundamentum sue argumentationis. sed conditio apposita de incorruptibilitate solis, ex qua sequit̃ materiam solis nunq̃ fuisse sub forma nubecule, aut sub alia forma. Et per consequens ꝙ ex nube non fuerit formatus sol. Unde ex illa conditione apposita scilicet si ponatur corpus solis incorruptibile: apertem onstratur ꝙ non fuerit mẽs sancti Thome tertiam opinionem improbare. Per hoc medium videlicet quia nihil in prima rerum institutione productũ est: cito post corrumpendum prout arguens somniauit. Alias: frustra adiecta fuisset illa conditio. quoniam ea apposita vel non apposita: non minus probaret tale medium. Nam si corpus solis factum esset ex nube lucida prout dicit tertia opinio: non minus sequeretur nubeculam corrumpi. ac per hoc aliquid in prima rerum ꝓductione esse conditum satis cito corrumpendum. siue corpus solis ex ea formatũ corruptibile esset: siue incorruptibile. Nihil enim ad illud propositum confert corruptibilitas solis aut incorruptibilitas. Unde liquido constat ꝙ sanctus Thomas non eodem medio tertiam improbet opinionem quo et primam, neq̃ idem inconueniens ex vtraq̃ obiectione pretendit. Sed medium argumentationis eius contra tertiam opinionez: sumitur sicut dictũ est ex conditione adiecta scilicet si corpus solis ponatur incorruptibile: ⁊ inconueniens ad quod deducit tertiam opinionem: est implicatio contradictionis. Nam tertia opinione concessa: sequitur materiam solis primo fuisse sub forma nubecule. Et per consequens subiectum transmutationis. alias: non fuisset transmutatio naturalis. stante autem conditione scilicet corpus solis esse incorruptibile ⁊ non ex quattuor elemẽtis: sequitur materiam solis nõ primo fuisse sub alia forma neq̃ subiectũ transmutationis. Nam incorruptibiliuz corporum: intrãsmutabilis est materia secundum formas. ¶ Confirmantur ista quia in questione de potentia dei. questione quarta de creatione materie informis. articulo secundo in vltima obiectione contra illud dictum scilicet. ꝙ ex nubecula formatum fuerit corpus solis. Hac eadẽ vti-

tur argumentatione ⁊ non prima. inquit
enim sic. Sed contra omne illud quod fit
ex materia precedente: habet materiam ta-
lem in qua possibilis est formarum successio.
talis autem non est materia solis nec alicu
ius celestium corporum eo q in eis non est cō
trarietas. vt probat in primo celi et mun-
di. ergo non potest esse q ex illa luce: post
modum formatum sit corpus solis. Hec
sanctus Thomas. ¶ Ex supradictis satis
videtur q necdum medullam aut intima
in verbis sancti Thome postillator non
vidit: sed neq superficiem eorum tetigerit.
Ea autem que in defensionem postillato
ris magister Mathias multiplicat ac in
uoluit: figmēta sunt. que nec ex verbis san
cti Thome: neq ex eius intentione pban
tur. ¶ Sed vtrum in quolibet composito
sint plures forme substātiales: vel vna tā
tum: quod magister Mathias tetigit: nō
est presentis negotij examinare. cum sup
hoc nullam fecerit in hoc passu sanctus
Thomas mentionem. Est enim nostri la
boris intentio ea que postillator ex dictis
sancti Thome recitat improbanda: vera
atq probata esse ostendere. obiectionesq
in contrarium pro nostra capacitate dis-
soluere. Unum tamen est q articuli Oxo
nie condemnati non poterunt nos in hac
parte deterrere. aut linguam vel calamum
cohibere. ¶ Quod autem postillator secū-
do subiungit q sanctus Thomas incidit
in id quod reprobat: quamuis non repugnet
improbationi sancti Thome cōtra tertiā
opinionē: quia tamē obiectioni eius cōtra
primā opinionē videretur obsistere. Res-
pondet Burgen. q sanctus Thomas in ea
argumentatione non improbat q in pri-
ma rerū institutione ex aliqua natura p-
duceretur species alia. sicut herbe ⁊ plan-
te ⁊ aues ⁊ pisces ex quattuor elementis.
sed dicit esse inconueniens q aliquid tunc
factum fuerit: quod postea esse desierit se-
cundum totum. vt q totum vnū elemētū:
aut alia queuis species: producta fuisset ⁊
post modicum desineret esse. Hec. burgen.
¶ Et quāuis solutio ista probabiliter su-
stineri posset: dicitur tamē melius ⁊ magis
ad intentionem sancti Thome: falsum eē:
q sanctus Thomas inciderit in id quod
improbauerat. Nam in productione her
barū et plantarum aut auium ⁊ piscium
ex quattuor elemētis quam posuit sanctus
Thomas: nulla fuit facta corruptio pro-
prie dicta. cū ibi fuerit generatio perfectio
ris ex imperfectiori. que trāsmutatio neq
est: neq a sancto Thoma reputat corru-
ptio pprie dicta: sed mutatio quedam in
melius q̄ non repugnat prime rerū institu
tioni. Quod expresse sanctus Thomas docet
in hoc pposito pma pte. q. lxxij. de opere
sexte diei. ad quintum inquid enī. Ad qui
tū dicendum: q cū generatio vnius sit cor-
ruptio alterius: q ex corruptione ignobi-
liorū generent nobiliora: non repugnat
prime institutioni rerū. Unde animalia q̄
generantur ex corruptione rerū inanima-
tarū vel plantarū: potuerūt tunc genera-
ri. non autem que generantur ex corrup-
tione animaliū: tunc potuerunt produci:
nisi potentialiter tantū. Hec sanctus Tho
mas in forma. Unde contra primam opi
nionem que posuit nubeculam in preiacē
tem materiam rediisse formato sole: recte
vtitur sanctus Thomas illo medio. quia
scilicet in prima rerū institutione nihil fu-
it productum postea corrumpendū. Nā
ibi fuisset corruptio in minus perfectū. s.
in preiacentem materiam: que corruptio
repugnat prime rerum institutioni. Sed
contra tertiam opinionem que posuit trās-
mutationem ex nube lucida fieri in melius:
scilicet in corpus solis: non eo medio tan-
q insufficienti. sed alia vsus est argumen-
tatiōe. quare obiectio postillatoris nō est
ad ppositum sicut supra deductū fuit.

¶ Circa capitulū qrtū.

In capitulo quarto. cū burgeñ. induceret contra quandā Hebreorū expositionē. Unum satis notandum ex verbis sancti Tho. secūda secunde questione. xciiij. articulo vltimo. ad secundū. ꝙ in prima etate non fuit idolatria propter recentem memoriam creationis mundi. ex qua adhuc vigebat cognitio vnius dei; magister Mathias qui doctrinam sancti Tho. nouit sponte declinare: dicit dubiam esse hanc ipsius sententiā. Cum tamē postillator non modo hic contrariā nō tenuerit ꝗuis expositionem Hebreoꝝ quorundā opinatiue recitauerit. Sed ꝛ expresse eam sententiam sancti Tho. recitat in disputatione sua quā edidit vtrū ex scripturis receptꝫ a iudeis possit efficaciter probari saluatorem nostruꝫ fuisse deum ꝛ hominem. quā dicit haberi ex quadam traditione apud Hebreos autenticam: nec tamen tali sententie contradicit: sed magis eaꝫ videtur approbare. Inquid eniꝫ dictus magister Mathias. nec ꝑm dictū est ita certū quin sententia magnorū patiatur instantiam. Nec ratio sancti Tho. ad id cogit. quia si memoria recena creationis mundi exclusit idolatriaꝫ ꝑ mille ꝛ plures ānos: memoria seuere punitionis per diluuiū debuit excludere adhuc per plures annos. certum tamē est ꝙ cito post diluuium defluxerūt ad idola homines. Hec magister Mathias. ¶ Sed ad ista respondetur ꝙ ꝛ si dictum sancti Thome quorundam vt Hebreorum patiatur instantiam: probabilius tamen est ꝛ verius ꝙ̃ eorum opinio contraria. sacre etiam scripture magis est consonum. tum quia ex textu Genesis a creatione mundi vsqꝫ ad diluuium: nulla de idolatris facta reperitur mentio. Cum tamen de homicidio. inuidia. atqꝫ alijs vitijs minoris grauitatis: homines prime etatis expresse notentur. Non enim est verisimile ꝙ de idolatria grauissimo peccatorum subticeretur: alijs vitijs cōmemoratis. ¶ Tū etiā quoniam idolatria ab idolis nomē ducit. que vt magister historiarum refert in secūda etate post diluuiū exorta sunt a Nino rege assiriorum. vel vt alijs placet a Neroth: qui cogebat homines adorare ignē. Unde isidor⁹ libro septimo Ethimo. ait. Neroth interpretatur tirannus. iste enim prior arripuit insuetam in populos tirannidem. ꝛ ipse aggressus est aduersus deū impietatis edificare turrem. In eam etiaꝫ sententiam satis videtur declinare Augustinus. xvj. de ciuitate dei capitulo. x. īquit enim. Cum ergo querim⁹ in illis septuaginta duabus gentibus ciuitateꝫ dei: non possumus afirmare illo tēpore quo erat illis labium vnum. idest loquela vna: tunc iam genus humanum alienatum fuisse a cultu veri dei. ita vt in solis istis generationibus pietas vera remaneret: que descendunt de semine Sem per Arphaxat ꝛ tendunt ad Abraham. Sed ab illa supbia edificande turris vsqꝫ ad celum q̃ impia significatur elatio: terrena apparuit ciuitas. hoc est societas impiorum. Hec Augustinus. ¶ Et confirmatur preterea. quoniam scriptura volens assignare causam tante cladis toti⁹ scilicet ꝑditionis humane per diluuiū: vitia hominibus obiecit carnalia dicens. Uidentes filij dei filias hominum. ꝛc̃. et sequit̃. Dixitqꝫ deus. Non permanebit spūs me⁹ in homine ī eternū quia caro est. i. vitijs carnalibus illectus. Sed verisimile ē ꝙ pott⁹ obiecissꝫ illis scriptura pro ratione tante pene inferende: peccatum idolatrie grauissimum si tunc fuisset. ¶ Ad obiectionem autem arguentis contra rationem sancti Thome dicitur ꝙ nō est simile. quia memoria ꝛ cōsideratio creationis vniuersi per se arguit vnitatem dei creantis. Ac eius summam perfectionem ꝛ bonitatem et excellentiaꝫ super omnes creaturas ac per hoc ꝙ sibi

debitus sit cultua latrie. Unde ⁊ philosophi naturali ratione ea de deo cognouerunt ex consideratione ordinis vniuersi ⁊ sue institutionis. Memoria autem punitionis seuere: non ita directe ⁊ de per se probat deum vnum summe bonum atq̃ eius naturam perfectissimã sup omnes creaturas. Cum pene incertum huiusmodi a mala causa ⁊ a pluribus infligi possint. ⁊ presertim in hominibus secũde etatis potuit memoria illius punitionis non esse sufficiens ad excludendũ idolatriam: quia intellect⁹ hominũ tunc magis erat obtenebratus q̃ in prima etate. tum ex maiori elongatione a prima nature puritate. tũ ex assiduitate peccandi. Unde ⁊ causa circũcisionis date tempore Abrahe ⁊ legis late tẽporibus Moysi: assignatur a doctoribus obtenebratio mẽtis hominũ ex vetustate peccãdi ⁊ distantia naturalis rõnis a primo sui vigore. ¶ Habuerũt etiã homines prime etatis auxiliũ magnum quo in cultu veri dei persisterẽt doctrinã scilicet Ade qui plene instructus erat in naturalibus ⁊ diuinis. Vixit enim Adam per medium tẽpus fere prime etatis ſm computationem Hieronymi. cui successit fere ita ab eo Enoch vir iustissimus. cuius filius Matusalem mortu⁹ est prout Hieronymus refert eodẽ anno quo diluuium inundauit. atq̃ ita doctrina Ade: de cultu vnius dei: faciliter potuit disseminari per totam primã etatem ante diluuiũ. ¶ Et preterea memoria recentia creationis fuit memoria beneficij suscepti. que naturaliter trahit beneficiatum in amorẽ ⁊ recognitionem benefactoris: ſm quẽ moduz dicit Dionisius. iij. caplo de diuinia nominibus. q deus omnia in se conuertit tanq̃ omniũ causa. que recognitio principaliter consistit in exhibitione debiti cultus. s. honoris ⁊ reuerentie. Unde ore dei dicitur mala. pmo. Si ego pr: vbi honor meus? Quia. s. pater habet rõnem pncipij. Sed memoria punitionis: directe ⁊ p se inducit timorẽ seruilẽ. q ⁊ si quandoq̃ manũ cohibeat: mentẽ tamẽ directe ⁊ p se nõ reformat. imo si fuerit excessiu⁹: impedit rõnis iudiciũ ⁊ actus inuolũtarios causat suo modo. Unde nimirũ si memoria seuere punitionis post diluuiũ: nõ sufficiẽter cohibuerit hoies scde etatis ab idolatria quẽadmodũ memoria creationis recẽs hoies etatis pme. Presertĩ cũ de⁹ assecurauerit federe sempiterno Noe cũ tota posteritate dicẽs Ecce ego statuã pactũ vobiscũ ⁊ cũ semine vr̃o post vos ⁊ ad oẽm aiam viuentez q̃ est ⁊c. Sequit̃. et nequaq̃ vltra interficiet̃ oĩs caro aq̃s diluuij. nec erit deinceps diluuiũ dissipãs oẽm terrã. Hui⁹ eniz pmissionis cõfidẽtia: potuit esse occasio q memoria seuere punitionis facte per diluuium non satis retraheret homines secunde etatis ab idolatria.

¶ Circa capitulũ. xxv.

In caplo. xxv. vbi in replica cõtra Burgeñ. magister Mathias dicit. nec potest Burgeñ. pbare intẽtũ suũ p sctũz Tho. q: pcedit per ypothesiz q̃ nõ cõcedit: Aduertẽduz ẽ q nec sctũs Tho. illã cõcedit imo magis in rei veritate negat. Inquit eni sic pma secũde. q. cij. ar. ij. ad secũdũ. Ad secũdũ dicendũ q rõ illa pcederet si cerimonialia pcepta essent data solũ ad figurandũ futurũ. nõ aũt ad psentialiter deũ colenduz. Unde ⁊ in corpe eiusdẽ articuli hec fuerat sancti Tho. determinatio q cerimõialia veteria legis nõ solu habuerũt cãm figuralẽ: sz etiã litteralẽ. s. cultũ dei p tpe illo.

¶ Circa capitulũ. xlvij.

In caplo. xlvij. cũ burgeñ. circa cõtractus Joseph induceret ex doctrina scti tho. secunda secũde. q. lxxvij. ar. j. q in emptiõe ⁊ venditio-

ne equalitas iustitie obseruanda est cōtra
quoddā postillatoris dictū.s. q̄ tn̄ valet
res q̄ꝫtum vēdi pōt: magr̄ Mathias in-
quit. Sed ego cū postillatore verius pu-
to q̄ in cōmutatiua iustitia equalitas ſm
naturā seruari non possit quicquid dicat
sctūs Tho. p Burgēsi. allegatus. q̄ꝛ totū
aurum mūdi ſm naturā non valet vnum
equum. cum tamē in ordine ad humanos
vsus modicū aurū valet magnū equum.
Hec magister Mathias cum aliis q̄ ad
horū declarationē subiungit. ¶ In q̄bus
verbis duplici reprehēsione dign⁹ habet̄.
Primo q̄ꝛ ex modo suo loquēdi videt̄ sig
nificare q̄ sctūs Tho. aliq̄n dixerit. aut in
loco preallegato senserit. q̄ in cōmutatiua
iustitia obseruanda sit equalitas ſm natu
rā rei specificā. Cū tamē hoc sit manife-
ste falsum. imo cōtrariū huius docet eadē
questione articulo secundo ad tertiū inq̄t
enim. Ad tertiū dicendū q̄ sicut Augusti
nus dicit. xi. de ciui. dei: preciū rerū vena-
liū non cōsideratur ſm gradus nature cū
quandoq̄ꝫ pluris vendat̄ vnus equus q̄ꝫ
vn⁹ seru⁹. Sed cōsiderat̄ ſm q̄ res i vsuꝫ
hominis veneunt. Et ideo non oportet q̄
venditor vel emptor cognoscat occultas
rei vendite qualitates. sed illas solum per
quas redditur humanis vsibus apta. pu
tā q̄ equus sit fortis ⁊ bene currat. ⁊ simi-
liter in ceteris. has autē qualitates: de fa-
cili venditor ⁊ emptor cognoscere possūt.
Hec sanct⁹ Tho. in forma vbi exp̄sse te-
net q̄ p̄ciū in cōmutatiua iustitia nō cōsi-
deret̄ ſm gradū nature rerū. Patet ergo
q̄ mod⁹ loquendi hui⁹ magistri fuerit ex
falso intellectu quē habuit in verbis sācti
Tho. ⁊ vtinā nō ex malo affectu. ¶ Itē
scdo videt̄ q̄ iste magr̄ ꝓpriā vocē ignō-
rauerit. nā dicit q̄ eq̄litas i cōmutatiua iu
stitia q̄ est in cōtractibus nō seruat̄. sed q̄
p rōnem iustitie mēsurat̄. q̄d eni aliud est
ſm rōnem iustitie res mēsurari: q̄ꝫ in earū
cōmutatione equalitatem seruari: Certe

non aliud. neq̄ꝫ ex diffinitione Augusti.
quā p se inducit aliud habet̄. vt patet re
cte eam cōsideranti. Sed vt mihi videtur
putat magister Mathias q̄ quia i com-
mutatiua iustitia mēsurant̄ res considera
ta qualitate tēporū. locorūꝫ. ac dignitatis
rerum in respectu ad vsum hoim: q̄ ideo i
ea non obseruat̄ equalitas. in quo plane
decipitur. quia imo nō esset iustitia cōmu
tatiua: si illa omnia nō cōsiderarent̄ ⁊ sin
gula q̄ dignitatem aut valorē rerūꝫ exau-
gent. nec est aliud equalitatē in iustitia cō
mutatiua seruare: quam ſm omnes illas
circūstantias res cōmutabiles cōmensura
re. Unde sctūs Tho. secūda secūde in q̄-
stione preallegata arti. secūdo. ad secūduꝫ
sic dicit. Ad secūdū dicendū q̄ mensuras
rerū venalium necesse est in diuersis locis
esse diuersas ꝓpter diuersitatem copie et
inopie rerū. q̄ꝛ vbi res magis abundant:
cōsueuerūt esse maiores mēsure. In vno-
quoq̄ꝫ tamen loco ad rectores ciuitatis p-
tinet determinare que sunt iuste mensure
rerū venaliū pensatis cōdicionibus loco-
rū ⁊ rerū. ⁊ ideo has mēsuras publica au
ctoritate vel cōsuetudine institutas: prete-
rire non licet. Hec sanct⁹ Tho. Ex q̄bus
etiā accipit̄ verus intellectus ei⁹ ꝓuerbij
legalis quod postillator itroduxit. s. q̄ tn̄
valet res quantū vēdi potest. Nō eni est
verū si intelligat̄ q̄ꝫtum vendi potest d̄ fa
cto ⁊ beneplacito cuiuscūq̄ꝫ vēdētis. Sed
quantū vendi potest de iure. i. seruata isti
tutione publica auctoritate aut cōsuetudi
ne firmata. Unde ⁊ si quis non cogat̄ ad
vendēdū rē suam: tn̄ si vēdere vult: formā
iuris ⁊ regulā iustitie debet seruare ⁊ equi
tatis. Quod ⁊ si licitū sit emptori ⁊ vendi
tori se iuicē decipe infra dimidiū iusti p̄cij
ſm legē ciuilem q̄ non potuit ꝓhibere q̄c-
quid est contra virtutem: lex tamē diuina
q̄ nihil īpunitū relinq̄t q̄d sit vtuti cōtra-
riū: illicitū reputat si in ēptione ⁊ vēditio-
ne equalitas iustitie non seruet̄: Facit ad

hoc glo. notabil. x. q. ij. Hoc ius. vbi dicit̃ ꝙ si in vẽditione plus offerat̃ ꝙ̃ res valeat: ecclesia non debet recipere, sed tantum iustum precium. Nam ecclesia in suis contractibus non debet dolum facere.

¶ Circa capitulum. ix. libri Exodi.

In cap. ix. libri Exodi burgeñ. cõtra postillatorẽ allegat sctũm Tho. dicentẽ secũda secũde. q. lxxxiij. ar. ij. ꝙ cũ actus humani sint cause quorũdã effectuũ: oportet homĩes agere aliqua vt per actus suos impleãt quosdã effectus ſm ordinez a deo dispositum. ¶ Ubi magister Mathias volẽs postillatoria dicta dͤfendere inquit. Sed ⁊ illud ꝙ Burgeñ. ex dictis sctĩ Tho. secũda secunde. q. lxxxiij. applicat ꝓposito: videt̃ minus catholice dictũ. videlicet ꝙ ex ordinatione diuina oportet hoĩes agere vt effectus a deo instituti impleant̃. Nã ex consequit̃ in materia p̃senti: ꝙ pharaoni peccatum obstinationis imputari nõ debet. Quia ſm hoc: oportuit eũ esse causam diuine glorificationis si causaliter teneri debeat: vt vult Burgeñ. Hec magr̃ Mathias cũ aliis q̃ ad huius declarationem contra Burgeñ. subiungit. ¶ Sed salua pace sua certe verius ac honestius potuisset loqui si dixisset. ꝙ Burgeñ. inepte et extra mentem sancti Tho. dicta eius introduxerat. Naz illa de se ⁊ in proposito sancti Tho. verissima sunt ⁊ catholice fidei omnino cõsona. imo dicere cõtrarium esset ordinẽ causarum qui optimum est in vniuerso destruere q̃ dum diuine prouidẽtie effectus exequuntur: dei sapientiã commendabilem reddunt que eo ipso ordine disponit omnia suauiter prout dicit̃ Sapientie septimo. ¶ Esset etiam aperte contra sacram scripturam. Dicitur enim ps. ciij. Benedicite dño oẽs virtutes eius ministri eiꝰ q̃ facitis volũtatem eius. Et ps. cxlviij. Ignis grãdo nix glacies ⁊ spiritus ꝓcellarum q̃ faciũt verbũ eius. facere voluntatẽ aut verbum dei: est facere aliquid vnde effectus dei impleant̃ ſm ordinem a deo dispositũ quod erat dictuz sctĩ Tho. ¶ Esset preterea cõtrariũ huiꝰ ab humanis actibꝰ meriti rationẽ auferre ⁊ fructuz orationis nostre negare quod est erroneũ. non enĩ actus hominis meritorij sunt vite eterne: nisi quia causa sunt ⁊ ꝑ eos ĩpletur diuina preordinatio d̃ salute hominũ. nec orationes efficaces sunt ⁊ fructuose: nisi quia ꝑ eas implet̃ quod bonitas diuina disposuit precibꝰ ⁊ orationibꝰ cõdonare. ꝓut Gregoriꝰ dicit. Unde ⁊ secũda Petri primo dicit̃. Quapropter fratres magis satagite vt per bona opa: certã vr̃am vocationẽ ⁊ electionẽ faciatis. ista autem bona opa esse ab eterno p̃ordinata a deo vt ꝑ ea vocatio ⁊ electio sctõꝝ ĩpleat̃: nullus fideliũ dubitabit. ¶ Verũ est ꝙ Burgeñ. nõ recte applicat ad ꝓpositũ suũ dictũ sctĩ Tho. qđ in se verissimũ ẽ et catholicũ. Quia sctũs Tho. loquit̃ d̃ actibꝰ humanis positiuis. nõ de actibꝰ pctõrum. q̃ inquãtũ culpabiles sunt: a deo non ordinant̃ vt fiãt. sed fieri ꝑmittunt̃. Cõmissa tamẽ pctã ꝑuersa hoĩm volũtate: verum est ꝙ a deo ordinant̃ ꝑ penã. ⁊ ꝙ ista fuerit doctrina sctĩ Tho. loquẽdo d̃ actibus pctõꝝ: ex pluribꝰ locis ꝓbat̃. Nam p̃ma ꝑte. q. xxiij. ar. iij. ad scđm inq̃t sic. Ad secũdũ dicẽdũ ꝙ aliter se habet reprobatio in causando ꝙ̃ p̃destinatio. Nã p̃destinatio ẽ causa ⁊ eiꝰ qđ expectat̃ in futura vita in p̃destinatis. s. glie: ⁊ eius qđ percipitur in p̃senti. s. gr̃e. Reprobatio vero non est causa eiꝰ qđ est in p̃senti. s. culpe. sed ẽ causa derelictionis a deo. Est tñ causa eiꝰ qđ reddit̃ in futuro scilicet pene eterne. sz culpa ꝓuenit ex libero arbitrio eius qui reprobatur ⁊ a gr̃a deseritur. Et scđm hoc verificatur dictũ ꝓphete. s. ꝑditio tua ex

te israel. Hec sctūs Tho. Eandē sententiā tenet cōtra gēti. cap. clxj. et. clxij. Idez dicit & in hoc ꝓposito sup epl'aa Pauli. sup illud. Dicit autē scriptura pharaoni. Ro. ix. Ut enim. Aliter suscitat deus ad bona. aliter ad mala. Nā ad bona: inclinat hominum volūtates directe & per se tanq̄ȝ actor bonoruȝ. Ad malū autē: dicit̄ inclinare vel suscitare hoies occasionaliter inq̄ȝtuȝ. s. deus homini aliq̊d ꝓponit vel interius vel exterius ꝙ q̄ȝtuȝ est de se: inductiuū est ad bonuȝ. sed homo ꝓpter suā maliciā peruerse vtit̄ ad maluȝ. Job xxiiij. Dedit ei deus locū penitentie. & ille abutitur in supbia. Hec ibi sanct⁹ Tho. Et parū īfra cōcludit ad propositū nostrum dicēȝ. & hoc modo circa Pharaonē accidit. q̊ cū a deo excitaret̄ ad regni sui tutelam: abusus est hac excitatione in crudelitatem. Hec sctūs Tho. & infra sup illud Apostoli. Et quē vult indurat. Inquit. Nō dicitur indurare quasi imitendo maliciā: sed non apponēdo grām. ¶ Erubescat ergo magister Mathias volēs q̄dā dissimulatiōe culpabili: ineptā Burgeñ. applicationem in bene dicta scti Tho. retorquere. Sed & in fine replice sue contra Burgeñ. vbi dicit. Unde si dictuȝ sancti Tho. veritatē habere posset in positiuis: verius plane dixisset. & si dictū scti Tho. in positiuis veritatem habeat necessario. prout ex supradictis satis constat.

¶ Circa capituluȝ. xx.

IN caplo. xx. Burgeñ. ī magna sua digressione ītroducit quandā scti Tho. assertionē de preceptis dilectionis dei & ꝓximi. quam dicit ipse nō plene satisfacere questioni sue. sed d' intellectu verboꝝ sancti Tho. et ꝙ per ea satis dicitur ad questionem: vide infra Leuitici capitulo. xix.

¶ Circa capitulū. xxiij.

IN caplo. xxiij. super illud. Insontē & iustū nō occides: postillator recitat verba sāctī Tho. secūda secunde. q. lxiiij. ar. vj. ad tertiū dicentis. ꝙ cū innocēs per falsos testes conuincitur: iudex nō debet euȝ interficere si sciat eius īnocentiam. sed diligētius examinare testes: vt inueniat occasionē liberādi īnoxium. Si autē hoc non pōt: debet eum remittere ad superiorē. Si aūt hoc nō pōt: nō peccat ꝫm allegata sentētiam ferens. q2 ipse nō occidit innocentē: sed illi q̊ eum asserunt nocentē. ¶ Cōtra quā sentētiaȝ inquit sic postillator. Saluo tñ meliori iudicio videt̄ contrariū. q2 dicit Aug⁹ li. de libero arbi. Quomodo apud diuinā ꝓuidentiā a pctō liberi sunt q̊ pro hiis rebus q̄s contēni oportet humana cede polluti sunt? q. d. nullo modo. Et ꝑ res contēnendas intelligit Aug⁹. oīa illa q̊ hoīes inuiti amittere pñt. Inter quas est vita corporalis. & multo forti⁹ dignitas tēporalis q̄cūq̄ȝ & potestas iudicādi. Hec postillator. ¶ Ad q̊ rñdet Burgeñ. ꝙ auctoritas Augustini ꝑ postillatorē allegata: nō cōtrariat̄ determinationi scti Tho. Naȝ ferre sentētiā mortis cōtra eū q̊ cōuincit̄ in iudicio ꝑ testes diligēter examinatos: nō est peccatū. licet sciatur a iudice innocēter cōdēnari. Unde ꝓpter hoc nō est dimittenda dignitas temporalis. Hec Burgñ. et bene. ꝙ autē sentētiā ferre contra talē non sit peccatum: declarat Burgeñ. per ea q̊ sanctus Tho. dicit in parte supra allegata. q. lxvij. arti. ij. in corpe questionis. vbi pulcre deducit qua rōne iudicare ꝑtineat ad iudicē ꝫm ꝙ fungitur publica potestate & non ꝫm id ꝙ ipse nouit tanq̄ȝ priuata persona. ¶ Sed cōtra rationē Burgeñ. simul etiā contra distinctionem quā sctūs Tho. facit de priuata & publica persona in iudice: istat magister Mathias dicēs. Sed Burgeñ. cōiter ꝓ sctō tho. certamē

assumens: Hic nõ plus dicit q̃ scrũs tho.
in locis allegatis p ip̃m et postillatorem.
Sed ad auctoritatẽ bti Augustini p po-
stillatorẽ allegatã: min⁹ cõuenienter dicit
Nã scdm declarationẽ postillatoris ma-
nifeste cõcludit cõtra positionẽ scti Tho.
& cõmuniter iuristarũ. Quis eni in cõmu-
niter accidẽtibus iudicandũ sit scdm alle-
gata & pbata: nullo tñ iure cautuz ẽ. imo
diuino iure phibitũ: iudicare cõtra agni-
tã veritatẽ. nec videre meo valet illa disti-
ctio q̃ iudex duplicẽ psonã dicit. s. puatã &
publicã. nã si priuata peccat: publica non
crimit nisi sit manifesta lex q̃ eam excuset.
Nõ est autẽ lex puto humana nec diuina
q̃ dicat iudicãdum cõtra veritatẽ agnitã.
Non videt igitur aliqua lex excusans sic
iudicantẽ. Hec magr̃ Mathias i forma.
¶ Sed mihi videt q̃ sufficienter respon-
sum fuerit ad auctoritatẽ Augustini p ea
q̃ Burgeñ. ex verbis sancti Tho. induxit
diffuse. Sed vt magis in speciali ad sin-
gula descẽdamus. dicit q̃ btũs Aug⁹ lo-
quit in casu quo iudex cõtra iura aut ordi
ne iuris puerso: ferret sentẽtiã cõtra inocẽ
tem timore aliquo mũdano agitat⁹. ne. s.
vita corporali. facultatib⁹. dignitate aut
potestate iudicãdi priuet. Patet hoc cum
dicat. qui pro his rebus quas contemni
oportet. Sed vbi iudex ferret sentẽtiã cõ-
tra innocentẽ p testes sufficiẽter examina-
tos conuictũ: non habẽs ad superiorez re-
cursum. nec aliud quod agat scdz iura: nõ
id faceret pro his rebus tẽporalibus con-
tẽnendis. sed zelo coactus legũ obseruan-
darũ scdm quas tenet ex debito officij si-
bi cõmissi iudicare & quas non licet ei p-
terire. Et in tali casu loquit sanct⁹ Tho.
Unde auctoritas Augustini nõ est ad p-
positũ. Et cũ dicit magr̃ Mathias q̃ nul
lo iure cautũ est imo diuino iure phibitũ
iudicare cõtra agnitã veritatem: dico q̃ si
intelligat cõtra veritatez in forma iudicij
agnitã seruato ordie iuris. s. p leges publi

cas diuinas vel humanas. et p instrumẽ-
ta testesq̃z legitimos ac diligẽter examina
tos: verũ est. Sed nõ militat cõtra sctũm
Tho. Nam in pposito suo iudex ferens
cõtra innocentẽ sentẽtiam: nõ iudicat con
tra veritatẽ sibi agnitã isto modo: imo se-
cundũ veritatẽ sibi agnitã in forma iudi-
cij. Si vero intelligat cõtra veritatez sibi
agnitã aliter q̃ in forma iudicij. i. secũdũ
ppriã cõscientiam & tanq̃ priuate perso-
ne: falsum ẽ q̃ dicit. Nam lege diuina nõ
inuenit prohibitũ esse iudicib⁹ tale iudi-
ciũ & legibus humanis est cautũ q̃ dispo-
nunt iudicez iudicare secũdũ allegata & p
bata. vt lege ciuili. ff. de offi. presi. illicitas.
§. veritas. lege canonica. ij. q. j. vnus ex vo
bis. & caplo. De⁹ ops. iij. q. vij. Judicet.
vbi Ambrosi⁹ dicit bonus iudex nihil ex
arbitrio suo facit & pposito domestice vo
luntatis. sed iuxta leges & iura pronũciat.
statutis iuris obtẽperat. nõ indulget pro-
prie volũtati. nihil preparatũ & meditatũ
d domo defert. sed sicut audit: ita iudicat.
obsequit legibus. nõ aduersat. examinat
cause merita: nõ mutat. Hec Ambrosius
vbi glo. tenet q̃ etiã si cõsciẽtia iudicis nõ
concordet: põt non delegare cãm sed dter
minare sm allegata. q2 aliud facit aliquis
in eo q̃ iudex est: aliud in eo q̃ hõ est. Ad
quod facit. vj. q. iij. si tm̃ ep̃s. extra de offi.
iudi. or. si sacerdos. & multũ apte de offi. &
po. iu. dele. pastoralis. §. q2 vero. vbi glo.
dicit sup verbo. tenet eandẽ. cõtra Hugo
nem & ei⁹ sequaces q̃ dicũt. q̃ iudex nõ de
bet ferre sentẽtiã scdm allegata si habeat
consciẽtiam lesam in contrariũ. Hec glo.
Cũ autẽ dicit magister Mathias nõ si-
bi videri q̃ valeat distinctio scti Tho. de
duplici persona iudicis publica. s. & puta-
ta: dico q̃ & si sibi nõ videat forte obceca-
tus passione: nõ sequit rectã non esse & iu
rib⁹ satis pbatã. naz illa expsse habet in
glo. supra allegata. iij. q. vij. Judicet. Eã
etiã distictionẽ facit Aug⁹. ad Bonifaciũ

comitē ꝛ habet. xxiij. q. iiij. si ecclesia. in fine. Ea etiā distinctione ō duplici vni⁹ hominis psona. i. ꝙ vnus duplici fungatur psona: vtit capitulū supra allegatū. si sacerdos. in fine. Unde non deberet videri isti magistro distictio sctī Tho. quasi noua quedam adinuentio. Et cū arguit contra distictionē ꝙ si priuata psona peccat: publica nō eximit. dicitur ꝙ posito sꝫ non cōcesso ꝙ psona priuata peccaret in casu nr̄o: ipse sibi respōdet dicēs. nisi sit manifesta lex que eam excuset. quod est in ꝓposito prout supra deductum fuit. Et tamen nō est verū ꝙ in casu sctī Tho. priuata psona peccat. qm̄ illa non occidit aut iudicat innocentem cum non habeat iudiciariam potestatem super eum.

Circa librū Leuitici.

Capitulo primo.

IN capitulo primo Leuiti. sup illud. ponetqꝫ super caput hostie man⁹: Burgen̄. cōtra postillatorē ait. Per hanc manuū impositionez potius videt denotari ꝙ homo offerēs illud animal esset dignus occisione pro suis peccatis ꝛ ꝙ loco illius illud animal oblatum vel imolatū occideret. vt in pͥma secū de. q. cij. ar. iij. ad quintū. Cōtra quem magr̄ Mathias inquit. Cū postillator exponeret impositionē manuū offerentis sup caput hostie: Burgen̄. allegādo sctūꝫ Tho. dicit illā impositionē potius debere intelligi ꝙ hō offerens: se protestet pro peccatis suis dignū morte. ꝛ ꝙ per occisionem aīalis p ipm oblati: vita eius redimeretur. sed ista expositio ē falsa ꝛ cōtra glo. ordinariā dicentē ꝛc. Hec magister Mathias. In quibus verbis plane cōuincitur ꝙ neqꝫ sctūm Tho. legit: neqꝫ dicta Burgen̄. bn̄ aduerterit. Nā sctūs Tho. in loco supra notato: nulluꝫ de īpositione manuū offerētꝭ sup caput hostie verbū fecit. neqꝫ Burgen̄. sup expositione hui⁹ impositionis manuū: allegat sctūꝫ Tho. sꝫ in cōfirmationē eius quod secūdo subiunxerat. s. ꝙ loco hois q̄ pro pctīs suis dignus erat morte: animal oblatū vel imolatum occideret. De ipsa eni occisione animalis pcise locutus ē sctūs Tho. in eo loco: non de manuū impositione. Et intelligenda sunt verba sctī Tho. non ꝙ aīalis occisio semp offerentē dignū morte significaret: sꝫ qn̄ pro peccato offerebat. Nāꝫ ꝛ in eodē ar. in solutione. ad. viij. distiguēs triplex sacrificiorū gen⁹: dicit ꝙ holocaustū quod totuꝫ cōburebat: offerebat deo specialiter ad reuerentiā maiestatis ipsi⁹. ꝛ in amorē bonitatis eius. ꝛ tertiū sacrificiū quod hostia pacifica vocabatur: deo offerebat vel pro gratiarū actione: vel ꝓ salute ꝛ ꝓsperitate offerentium. ꝛ tamen vtrobiqꝫ animal oblatū occidebat. Unde credere ē ꝙ fuerit magistro Mathie occasio deceptionis ꝙ Burgen̄. vtrūqꝫ. ꝛ ō manuū impositione: ꝛ de aīalis oblati occisione: sub vno orationis cōtextu posuit. Sed si legerat sanctum Tho. singula singulis adaptarat.

Circa capituluꝫ. xix.

IN cap. xix. sup illud. Locutus est domin⁹ ad moysen. Burgen̄. ꝙ plurimis verbis egit ad ōclarationē corꝫ q̄ hoc in loco supadduntur ad explicāda vel pfecti⁹ adiplēda pͨcepta decalogi. Ex quib⁹ quasi i medio digressionis infert. ꝙ pͨceptū de dilectione ꝓximi ꝓut in lege diuina tradit: nō est de pͨceptis iuris naturalis pͥmo p se notis. Cui⁹ tn̄ cōtrariū dicit ipe sctūꝫ Tho. sensisse pͥma scdē. q. c. ar. iij. ad pͥmū vbi dixit. ꝙ pͨcepta ō dilectione dei ꝛ ꝓximi: sunt pͥma ꝛ cōmunia legis nature q̄ sunt p se nota rōni humane vel p naturā vel p fidē. Confirmat Burgen̄. eā fuisse sctī Tho. posi-

tionem: et eadem. q. articulo. xi. vbi sctūs Thomas dicat ꝙ quedā sunt precepta recissima ⁊ adeo manifesta: ꝙ editione non indigēt. sicut mandata de dilectione dei et ꝓximi. Unde admiratur Burgeñ. vt ipse inquit. ꝙ sctūs Tho. talem dederit in loco allegato doctrinam. ¶ Sed certe maiori admiratione dignum videtur ꝙ Burgeñ. talem in verbis sancti Thome habuerit intellectum ꝙ scilicet illa duo precepta de dilectione dei ⁊ proximi ꝓut Deuteronomij sexto et Matthei vigesimo secundo data sunt: sint prima ⁊ cōmunia ꝑcepta legis nature per se nota rationi humane que quia cōmunissima sunt ac manifesta: editione non indigent. Nam de ꝑceptis iam actu editis atqꝫ traditis vt allegatur: qua mente diceret sanctus Thomas ꝙ editione non indigent: significans ꝙ nec edita sunt? Doceret plane in eodē orationis cōtextu duo cōtradictoria simul esse vera. ¶ Et preterea expresse disputat sctūs Tho. vtrū de charitate debuerit dari aliquod ꝑceptū secūda secūde. q. xliiij. arti. ꝑmo. ⁊ concludit ꝙ sic. ⁊ articulo scḋo concludit ꝙ duo fuerit data ꝑcepta. s. ḋ dilectione dei ⁊ de dilectione proximi. Non ergo fuit mens sancti Thome dicere ꝙ ꝑcepta de dilectione dei ⁊ ꝓximi ꝓut diuina lege tradita sunt: sint ꝑma ⁊ cōmunia legis nature ꝑcepta: que quia per se nota sunt: editiōe nō indigent. Unde rudis plane est Burgeñ. imaginatio. ¶ Dicendūz ergo est ꝙ sctūs Thomas vbi dixit duo precepta dilectionis esse prima ⁊ cōmunissima precepta legis nature. Que rationi humāe per se nota sunt ac ꝑ hoc ꝙ editione nō indigent: loquit̄ ḋ illis ꝑceptis q̄tū ad substātiā actus absolute. i. de dilectione dei ⁊ ꝓximi sine modo determinato ꝓut inest homini naturaliter. Est enim ḋ dictamine legis nature omni rationali creature: ꝙ diligat deum sup̱ omnia: in q̄tū ē vniuersale bonum. ac principiū primum ⁊ prima causa sui esse: totiusqꝫ perfectionis naturalis. Item est de dictamine rationis naturalis: ꝙ homo ꝓximum diligat. qui intelligitur omnis hō. in quātū sibi similis est ꝯm naturā specificā. ꝯm illud Ecclesiastici. xiij. omne animal diligit sibi simile. Docet hoc sanctꝰ Tho. in pluribꝰ locis ⁊ multū plane prima pte. q. lx. ar. iiij ⁊ v. Itē prima secūde. q. cx. ar. iij. Unde hoc modo loquēdo: dilectio dei ⁊ dilectio ꝓximi sunt de primis ⁊ cōmunibus legis nature preceptis rationi humane ꝑ se notis q̄ exteriori nō indigent editione ⁊ ꝑsertim adiuncta fide a quibus omnia precepta decalogi deducunt̄ sicut conclusiones imediate ex primis principijs. ꝓut sanctꝰ Tho. tradit ꝑma secūde. q. c. arti. iij. ad ꝑmū. Sed in lege diuina Deutro. vj. ⁊ mathei. xxij. tradita sunt precepta de dilectione dei ⁊ ꝓximi non q̄tum ad substātiam actꝰ absolute sed q̄tūz ad modū determinatūz. s. ꝙ deus diligatur ex toto corde ex tota aīa aut mente. ⁊ ex tota fortitudine. et ꝓximum diligat quisqꝫ sicut seipsūz. Iste enim modus diligendi deum ⁊ ꝓximum: non inest homini a natura sed ex gratia. Unde indiguit expressa editione ꝑ modū precepti. cum sit de necessitate salutis. Et inde est ꝙ duo precepta de dilectione dei ⁊ ꝓximi: dicunt̄ precepta charitatis. quia ī eis nō solum substātia actꝰ: sed ⁊ modus ille diligendi qui est modꝰ charitatis: cadit in ꝑcepto. ita ꝙ sine charitate: ista duo precepta dilectionis impleri nō possunt. ꝓut pulchre deducit sanctꝰ Tho. prima secūde. q. c. ar. x. Unde Augꝰ. dicit in li. de ꝑfectione iustitie ꝙ hoc preceptū. diliges dn̄m deū tuū: in plenitudine charitatis patrie implebit̄. et ꝙ ꝑ hoc preceptū indicat̄ nobis. nō quid faciēdū sit: sed potius quo tendēdum sit. Ex qua auctoritate sequit̄ ꝙ dilectio dei cadit sub precepto q̄tūz ad modū charitatis q̄ in eo importat̄. cū dicitur. ex toto corde ⁊c. Alias in via posset ꝑ-

fecte impleri. qđ tamē negat Augustinus. Idē expsse tenet sanct⁹ Tho. secūda secūde. q. xliiij. ar. vj. et. q. clxxxiiij. ar. ij. ad secūdū in qt. Perfectio diuine dilectionis vniuersaliter quidē cadit sub precepto. ita ꝙ etiam perfectio patrie non excludit ab illo precepto. Idem tenet in de ṽtutib⁹. q. ij. ar. x. ad ꝑmum. Et ꝙ isto modo intellexerit sctūs Tho. precepta ꝺ dilectione dei ⁊ ꝓximi data fuisse lege diuina: patet. qm̄ secūda secūde. q. xliiij. vbi specialē de his preceptis tractatū facit: vocat ea precepta charitatis. Et sub tali pꝛetitulatione ꝺ eis disputat in tota questione. Si enim darētur ista precepta in lege diuina de dilectione naturali dei ⁊ ꝓximi vel q̄tum ad substantiam actus absolute: false dicerent̄ ꝑcepta charitatis. cū sine charitate esse possit ea dilectio. Unde ⁊ eadē. q. secunda secūde. arti. ꝑmo. Cum tertio loco obijceret ad probandū ꝙ non fuerint danda ꝑcepta de dilectione dei ⁊ ꝓximi. ex eo ꝙ inter precepta decalogi non continentur: nō soluit obiectionem per hoc ꝙ sunt ꝺ ꝑmis ⁊ cōmunissimis preceptis naturaliter notis quemadmodum prima secūde. sed soluit. quia omnia precepta decalogi ordinā tur ad ista duo de dilectione dei ⁊ ꝓximi tanq̄ ad finem. propter quod in omnibus includuntur. Hoc intelligendum est per moduz quo finis includitur in his que ad finem disponunt vel ordinantur. Omnia enim precepta decalogi: ordinabilia sunt ⁊ disponunt ad duo precepta charitatis. non tamen sicut ad finem adequatuz aut cōnaturalem: sed sicut ad finem excedentē ⁊ supernaturalem. quemadmodum ⁊ virtutes morales ad virtutes theologicas disponunt ac ordināt. Et hoc modo Apostolus dicit prima Thimo. ꝑmo. ꝙ finis precepti est charitas. ꝓut sanctus Thomas in postilla exponit. ¶ Sequitur ex ꝑmissis ꝙ ista duo precepta: sunt secunduz doctrinam sancti Thome precepta charitatis prout Deutronomij sexto ⁊ Mathei vigesimo secūdo tradita sunt. Quod ⁊ ipse deducit in eodem articulo. ¶ Habetur expresse premisse dilectionis dei ⁊ ꝓximi distinctio ex dictis sancti Thome ꝑma secunde. q. cix. articulo quarto ad primuz ⁊ tertium. Et secunda secunde. q. xxiiij. ar. ij. ad primū. Et. q. xxvj. articulo. iij. ⁊ pluribus alijs locis. ¶ Satis apparet ex predictis ꝙ Burgeñ. deceptus fuerit. nō aduertens distinctionem quam sanct⁹ Thomas habuit de dilectione dei ⁊ proximi. ¶ Quod autem Burgeñ. obijcit ꝺ philosophis ⁊ peripatheticis qui cum de dictamine naturali ratiōis maxime scrutati fuerint: posuerunt amicitiam inter viros virtuosos esse precise: non habet difficultatē. quia amor aut dilectio naturalis quā ponit sanctus Thomas primum principiuz cōmunissimū per se notum: non est amicitia proprie loquendo. Nam amor ille naturalis non est virtus cum se extēdat vsq3 ad irrationales creaturas suo modo. vnde ⁊ inuenitur in bonis ⁊ malis hominibus. Amicitia autez perfecta ꝓut philosoph⁹ dicit octauo Ethicorum virtus est. aut nō sine virtute. Quod etiam concedit Burgensis. Nimirum ergo si in solis virtuosis reperiatur. ¶ Item amor aut dilectio naturalis fundatur vel super causalitate esse ⁊ nature quibus omnes creature comparantur ad deuz: vel sup proprie nature cōmunicatione per quam quelibet creatura comparatur ad omnes que sunt sue speciei. Sed amicitia prout ꝺ ea loquitur Burgensis fundatur super cōmunicationē virtutis. Ac ꝑ hoc merito non ponitur a philosophis nisi inter homines virtuosos. q̄re obiectio Burgeñ. non est ad ꝓpositū. cum aliud sit de naturali dilectione. ⁊ aliud de amicitia. imo nec idem iudicium est de omni genere amicitie. prout sanct⁹ thomas deducit secunda secūde questione vigesima sexta articulo octauo.

¶ Circa librum Deutronomij. Capitulo quarto.

In Deutrono. caplo q̃rto Burgeñ. volẽs ꝓbare quãdã postillatoris cõsequẽtiã minus efficacẽ: idurit dictũ sci Tho. pͥma pte. q. lxx. ar. ij. Ad quartũ ꝙ nihil ꝓhibet dici digniorẽ creaturã: ꝓpter inferiorez esse factam non ꝯm ꝙ in se cõsideraẗ: sed ꝯm ꝙ ordinatur ad integritatẽ vniuersi. Ex quo dicto Burgeñ. infert contra postillatorẽ ꝙ etiam si corpora celestia sint facta ꝓpter hominẽ: ex hoc nõ tolliẗ quin sint homine digniora. ¶ Cõtra quẽ magister mathias sic ait. nec ꝺductio sancti Tho. quã Burgeñ. adducit: valet. Per scolã eni parisieñ. reprobatur ⁊ ad errorez reduciẗ ꝙ celũ sit digniꝰ hoĩe ⁊c̃. Hec ille cũ ceteris. ¶ Sed hic reuera valde improprie locutus est magister Mathias. nõ enim ꝺductio cui obsistit scola parisieñ. sãcti Tho. est nec eius dici debet. sed Burgeñ. quam deducit ex quodã dicto sancti Tho. quod verissimũ ẽ q̃uis deductio Burgeñ. ex eo: extra mentẽ sancti Tho. fuerit. nũq̃z eniz sanctus Tho. voluit aut docuit celum ẽẽ quid dignius hoĩe in genere viuẽtiũ. Cũ in eadẽ solutione p Burgeñ. allegata dicat ꝙ hõ ꝯm aĩam preferẗ corporibus luminarium imo nec celũ ꝯm doctrinaz sancti Tho. causalitatẽ habet aut influẽtiaz directe supra hominẽ inq̃ztũ homo est. et ab alijs inferioribus se: distinguiẗ. False ergo magister Mathias significat ꝙ sãctꝰ Tho. aliud in hoc articulo senserit vł docuerit a scola parisieñ. licuit igitur magistro Mathie ꝓ defensione postillatoris ꝓbare deductionem Burgeñ. ex dictꝫ sancti Tho. fuisse ineptã ⁊ longe a sancti Tho. ꝓposito. aut alias cõsequẽtiã postillatoris defendere. Nã dictũ sci Tho. per Burgeñ. allegatũ: verissimũ est. neq̃z eni negari põt ꝙ aliq̃ sint corpa ꝑfectiora vt celestia: facta ꝓpter esse ⁊ cõseruationem corporũ impꝑfectiorũz. s. istorũ inferiorum ꝓut talia sunt partes vniuersi ad cuius perfectionem ⁊ consistentiam: corpora celestia condita sunt sicut ad quendam finẽ in genere creaturarum. q̃uis omniũ creaturarum deus sit vltimus finis.

¶ Circa capitulũ. xxiiij.

In caplo. xxiiij. circa q̃stionẽ motã per postillatorez. an. s. repudiũ vxoris fuisset in veteri lege illicituz: cum postillator recitaret duas opiniones famosas: Burgeñ. volens ꝓbare longa digressione ꝙ opinio dicẽs repudiũ fuisse licitũ sit magis consona littere ⁊ rationi: inter alia inducit quandã sancti Thome auctoritatẽ dicẽtis prima secũde. q. cij. ar. v. ad tertiũ. matrimoniũ fuit i veteri lege ꝓut erat in officiũ nature. non ꝓut est sacramẽtũ coniũctionis xp̃i ⁊ ecclesie q̃ nondũ erat facta. Unde in veteri lege dabaẗ libellus repudij. quod est cõtra sacramẽti rationẽ. Hec scũs Tho. ¶ Sz magister Mathias in replica sua contra Burgeñ. inquit sic in caplo. xxiiij. vbi postillator disputat de libello repudij et diuortio: sicut ⁊ Scotus circa quartũ sentẽtiaꝝ ⁊ cõmuniter doctores: solꝰ Burgeñ. cũ sctõ Tho. se procaciter determinat ad partẽ minꝰ probabilẽ volens ꝙ in veteri lege repudiũ erat nõ modo licitũ: sed etiã a deo preceptũ expresse. Hec magr̃ Mathias in forma. Cuius tamen questionis disputationem remittit ad ea que scripsit infra Mat. xix. Sed quoniaz ibi non refert ipse magister sicut hic ꝙ Burgeñ. cũ sancto Thoma teneat in questione de repudio in veteri lege partem minus ꝓbabilẽ. s. fuisse licitum; oportuit hic id quod de sancto Tho. tetigit: examinare. ¶ Et certe mirabile est ne dicam abominabile

ꝙ magister Mathias tam effrōte ac apte imponat sancto Tho. illud falsissimū. cum ipse nunꝗ̄ dixisse reperiatur ꝙ repudium in veteri lege fuerit a deo preceptū. nec solum hoc: sed neqꝫ in partem minus probabilem: vt ipse magister falso refert: se determinauit. s. ꝙ repudiū fuerit in veteri lege licitum. Nā quarto sentētiarum distinctione. xxxiij. q. ij. ar. ij. sub ar. ij. eam questionē disputat ex ꝓposito. In cuius determinatione recitatis duabus opinionibus quas hic postillator tetigit: in fine secunde opinionis q̄ tenet repudiuꝫ fuisse licitū ex ꝑmissiōe diuina: inquit sic. Et q̄ꝫuis hoc ꝓbabiliter dicat̄: tamē primū cōmunius sustinet̄. Hec sctūs Tho. Fuerat ꝑma opinio ꝙ repudiū in veteri lege fuisset illicitū. ꝑmissum tamē ad mai⁹ malum vitandū. s. vxoricidiū. Ecce q̄ꝫ expsse apparet ꝙ sctūs Tho. magis se determinat in ꝓbabiliorē partē. q̄ꝫ tenet hic postillator. s. ꝙ repudiū fuerit in veteri lege illicitū. q̄ꝫuis dicat aliā opinionē habere ꝓbabilitatē qd̄ cōmūiter doctores dicūt. Itē prima secunde. q. cv. ar. iiij. arguit sic viij. loco. Preterea inter virū ⁊ vxorem sicut est maxima familiaritas: ita debet esse fides firmissima. sed hoc nō pōt esse si matrimoniū dissolubile fuerit. incōueniēter igit̄ dn̄s ꝑmisit. Deutro. xxiiij. ꝙ aliquis posset vxorē dimittere scripto libello repudij. ⁊ ꝙ etiā vlterius eam recuperare non posset. Ecce argumētū. Sequit̄ respōsio. Ad. viij. dicendū ꝙ lex permisit repudiū vxoris. non q̄ simpliciter iustuꝫ esset. sed ꝓpter duriciā iudeorū. vt dn̄s dicit mat. xix. Sed de hoc oportet pleni⁹ tractari cū de matrimonio aget̄. Hec sctūs Tho. in forma. vbi patet ꝙ magis se determinat in opinionē que repudiū dicit fuisse illicitum. ¶ Item cōtra gētiles. li. iij. cap. xxiiij in fine sic ait. Per hoc aūt excludit̄ cōsuetudo dimittēdiū vxores. qd̄ tamē in veteri lege ꝑmissum fuit iudeis ꝓpter eorūꝫ duriciā quia. s. ꝓni erant ad occisionē vxoꝝ. Permissum ergo fuit min⁹ malū: ad excludēdum mai⁹ malū. Hec sctūs Tho. in forma. Ex quibus aperte constat ꝙ magis teneat repudiū fuisse illicitū in veteri lege. nō enim potuit planius ostendere mētem suā q̄ꝫ dicere sicut hic. ꝙ ꝑmissum fuit minus malum: ad excludendū mai⁹ malum. Erubescat igitur magr̄ Mathias qui plane hoc in loco aut non legisse: aut nō intellexisse sctūm Tho. vel maliuoluꝫ fuisse salua pace sua comprobat̄. Sed neqꝫ auctoritatē doctoris sui Scoti fideliter introducit significās ꝙ in eam opinionē se determinet: que repudium dicit fuisse illicitum. nā in loco ꝑ eum allegato. iiij. sententiarū. disti. xxxiij. q. ij. vtrāqꝫ recitat opinionē. nec se in aliquā partē expresse determinat. imo nec alteram earū pretulit alteri. sed eo magis videt̄ declinare i eam partem q̄ repudium dicit fuisse licitū: q̄ multo plures ad eius ꝓbabilitatē induxit rationes. ⁊ argumenta in contrariam partē magis sollicite dissoluere conat⁹ ē. ¶ Auctoritas autem sancti Thome quā Burgeñ. pro se introduxit: ꝓpositū eius non probat. cū ibi precise dicat sanct⁹ Tho. ꝙ in veteri lege dabatur libellus repudij. sed vtrum id licitum fuerit aut illicitū: nō determinat neqꝫ prosequitur.

¶ Circa quartuꝫ libꝛuꝫ Regum. Capitulo. xx.

IN quarto li. Regū cap. xx. super illud. Uis vt ascēdat vmbra. x. lineis. Burgeñ. allegat sanctū Tho. prima parte. q. cv. arti. vlti. dicētē ꝙ inter miracula: summū gradum tenent ea que nullo modo natura facere pōt. vt sunt retrocessio solis. glorificatio corporis humani ⁊ similia. Sed magister Mathias q̄ doctrinam sancti Tho. vel in modico ferre nō valet. etiā si agnitā veritatem

impugnare deprehendat: obsistit dicens ꝙ dictū illud sancti Tho. auctoritati Augustini cōtradicit q̄ in primo de trini. cap. vj. inq̄t. Maximū miraculū esse suscitare mortuū. ¶ In quo plane magister Mathias conuincit manifestē impugnare veritatē. Nam si mirabilia nominant put Aug⁹ dicit. xxvj. cōtra faustū. Cū deus aliq̄d facit contra cognitū nobis solitūq̧ cursum nature: cōsequens est ꝙ miracula dicant per cōparationē ad facultatē nature quā excedūt. Nō ex cōparatione ad diuinā potētiam: nihil est qđ possit appellari miraculū. qm̄ quodcūq̧ factū: minimū est diuine potētie cōparatū. Un̄ seq̄t ꝙ ſm hoc dicat aliq̄d mai⁹ miraculū: ꝙ magis excedit facultatē nature. sed q̄s negauerit id magis fieri supra naturam rei quod naturam excedit: ⁊ q̄tum ad substātiā facti: ⁊ q̄tū ad modū fiēdi: q̄ qđ excedit naturā q̄tum ad moduz fiēdi precise: quorū tamē primū in solis retrocessione aut statione contingit. secūdū vero in corpoꝝ mortuoꝝ viuificatione. Et cōfirmat p ea q̄ Aug⁹ dicit. xxj. de ciui. dei cap. viij vbi ex pposito cōferēs đ miraculo ait sic. quid ita dispositum est ab auctore nature celi ⁊ terre: quēadmodū cursus ordinatissimus siderū: quid tā ratis legibus fixisq̧ firmatū: Et tn̄ qn̄ ipse voluit q̄ summo regit imperio ac potestate quod cōdidit: stella pre ceteris magnitudine ac splēdore notissima: colorem. magnitudinē. figuram ⁊ quod ē mirabili⁹ sui cursus ordinē legēq̧ mutauit: curuauit. Hec augustin⁹. ⁊ post pauca exēplificat de statione solis tēpore Josue ⁊ de eius retrocessione tēpore Ezechie. ex q̄ auctoritate Aug⁹ habet ꝙ nihil ita dispositū est aut tā ratis legibus fixisq̧ firmatū: quēadmodū cursus siderū. ⁊ ex hoc pcedit Aug⁹ ad pbandū excellentiā miraculoꝝ q̄ facta sunt circa sidera. sequit enim si nihil tam fixū ⁊ firmatū est q̄ cursus siderū: ꝙ nihil tā magnū est aut tā mirabile q̄ ipsum stellarū cursum mutare. ¶ Ad auctoritatē Augustini in contrariū facilis est respōsio. Nō eni Aug⁹ in eo loco ptendebat gradus ⁊ differētias in miraculis assignare. sed volēs omnipotētiā filij ex effectib⁹ demōstrare ac p hoc patris ⁊ filij summā equalitatē pbare: dixit an quicq̧ maius miraculū est inter mirabilia: corporū mortuoꝝ resuscitatione: quasi diceret. certe non est maius miraculū quod scilicet pre magnitudine sua magis arguat omnipotētiā dei q̄ resuscitatio mortuorum q̄ facta est per filiū. ita vt maioritas referat nō ad miraculū in se: sz ad cōprobationem vel attestationē diuine omnipotentie. vt sit sensus ꝙ nihil ē maius mirabile resuscitatiōe mortuorū idest magis diuinā ostēdēs omnipotētiā. quia hoc miraculū dei omnipotētiam arguit: quēadmodū ⁊ alia. Nō ⁊ si gradus sint in miraculis: oia tn̄ diuinā oīpotentiā attestātur. dicit eni Aug⁹ ī epistola ad Volusianū. ꝙ in rebus mirabiliter factis: tota ratio facti est potentia facientis.

¶ Circa libꝛuz Job in prologo.

IN prologo libri Job postillator inquirens q̄ fuerit intentio auctoris in hoc libro recitat positionē sancti Tho. qui hūc librum subtiliter ⁊ eleganter exposuit dicentis ꝙ intentio sancti Job in hoc libro fuit supposito ꝙ res naturales diuina prouidentia regant: declarare vlterius etiā actus humanos diuina puidētia regi. ¶ Hāc sancti Tho. assertionē postillator đclinat dicens eam nō fuisse sancti Job intētionez. qm̄ totus iste liber pcedit p modū cuiusdā disputationis inter Job ex vna parte ⁊ amicos ei⁹ ex altera. q̄ tamē in hoc cōueniebāt cū Job vt ipse dicit ꝙ act⁹ humani regunt diuina puidētia cū niterēt pba

re eum a deo iuste punitū ꝓ peccatis suis. ergo nō erat intētio Job idipm eis ꝓbo- nes ⁊ disputatiue ostēdere. Nā intētio dis putātis cōtra aliquos: nō est ꝓbare id in quo cū eo cōueniūt. sed aliud ī quo ab eo dissentiūt. Vñ dicit postillator ꝙ intentio sctī Job in hoc libro fuit ꝙ aliqñ in p̄sen ti malis eueniūt bona ⁊ iustis aduersa ꝭm ordinē diuine ꝓuidētie ad quā ꝑtinet pu- nire mala ⁊ p̄miare bona in hac vita ⁊ in futura. Ad quod ꝓbandū ꝓcedit ex con cesso ab eis. s. ꝙ actꝰ humani diuina ꝓui- dētia regunť. Hec postillator in sentētia. ¶ Ad q̄ respōdet Burgeñ. ꝙ licet aduer sarij Job concederēt actus humanos di- uina ꝓuidētia regi: sic tamen ponebant modū regēdi: ꝙ nō cōpetebat deo inq̄ztū dicebāt ꝙ deꝰ p̄miat iustos ⁊ iniustos punit solū in bonis ⁊ malis tꝑalibus huius vite ꝓut p₃ in ꝓcessu etiā ꝭ₃ postillatorē. Nā hic modus regēdi nō competit diuine iu- stitie. Unde ꝓuidētiā dei circa actus hu- manos: simpliciter negabāt ponētes ea₃ illo modo quo deo nō posset competere. li cet prouidētiā dei concederent in confuso. Hec Burgeñ. ⁊ bene ⁊ ad intētionē san- cti Tho. ¶ Intellexit enim sanctꝰ Tho. amicos Job negasse ꝓuidentiā dei circa actus humanos: non in se: sed in eo ad qđ sequiť. s. in suo effectu. est enim effectꝰ qui- dam diuine prouidētie: ꝙ malis in hac vi ta bona interdū eueniāt: ⁊ iusti sine culpa sua affligantur. Ad horum scilicet exerci- tium ⁊ ꝓbationē ac maiorem glīam et in exemplū aliorum. ꝭm illud apostoli Ro. quito. Gliamur in tribulationibus scien- tes ꝙ tribulatio patientiā opatur. patien tia autē ꝓbationē. ꝓbatio vero spem. Et Jacobi primo. Btūs vir q̄ suffert tētatio nem: quoniā cū ꝓbatus fuerit accipiet co ronam vite ⁊c. Ad aliorū vero maiorē pe nam ꝭm illud Sapientie. xiiij. Creature dei in odiū facte sunt ⁊ in tētanouem ani- me hominū ⁊ in muscipula₃ pedibus insi

pientiū. Unde cum amici Job negarent hunc ordinē diuine sapientie. quo dispo- nit aliquando iustos in hac vita non pro culpa sua flagellari: quod ⁊ postillator cō cedit: sequiť ꝙ dei ꝓuidētiā circa actꝰ hu manos ex cōsequēti negabāt. quod sanctꝰ Tho. notauit. ⁊ ꝙ iste fuerit intellectꝰ san cti Tho. patet ex eo ꝙ fundamētum ami- coꝝ Job dixit fuisse iustoꝝ afflictione₃ in hac vita. Ait enim sic. id autem ꝙ p̄cipue ꝓuidētia₃ dei impugnare videť circa res humanas: est afflictio iustoꝝ. Nā ꝙ ma- lis interdū bona eueniant ⁊ si irrationabi le videať ⁊ ꝓuidētie cōtrariu₃: tñ vtrūq₃ habere pōt excusationē ex miseratione di uina. Sed ꝙ iusti sine causa affligant: cer titudialiter videť subruere ꝓuidentie fun damētū. Hec sanctꝰ Tho. ex q̄bus mani feste appet ꝙ intētio eius fuit ꝙ amici iob explicite ⁊ immediate negarēt afflictionē iustoꝝ in hac vita. quod erat implicite de struere fundamētū ꝓuidētie diuine. Nō enim intellexisset sanctꝰ Tho. ꝙ esset in- tētio Job ꝓbare amicis quasi negātibꝰ absolute ⁊ simpliciter ꝓuidētia₃ dei circa actꝰ humanos. cū dicat caplo. v. expresse heliphat eam asseruisse ⁊ ꝓuidentiā dei. sup illud. q̄ ponit humiles. ⁊ ibi. beatꝰ ho mo qui corripiť ⁊c. Sed ē modꝰ loquēdi sctī tho. in hoc loco. sicut si fidelis q̄s cre- dēs totā sacrā scripturā: negaret ꝑ ignorā tiā btūm petrū fuisse piscatorē. certe talis vere diceret negare sacre scripture verita tē. q₂ negat aliq̄d ex quo sequiť sacrā scri- pturā falsum dixisse etiā si illud neget ig- norās ꝙ in sacra scriptura contineať. Ita etiam amici Job cōcedētes diuinā ꝓuidē tiam circa actꝰ humanos in cōfuso: potue runt eam vere negare implicite tamē ⁊ ex cōsequēti negātes in particulari aliquem modū vel ordinē diuine ꝓuidētie quē ha bet circa actus humanos: quēadmodū iu dei negātes explicite deum esse hoc modo scilicet trinū ⁊ vnum: ex consequēti negāt

vere deū esse. ⁊ negātes hunc modū incar
nationis filij dei. s. ꝑ natiuitatē ex virgine:
ex consequēti ⁊ implicite negarēt incarna
tionē filij dei absolute. Ex premissis satis
respōsum est ad rationē postillatoris. nō
enim Job ⁊ amici eiꝰ cōueniebāt in cōce
dēdo diuinā ꝓuidētiaꝫ circa actꝰ huma-
nos. nā amici Job cōcedebāt diuinā ꝓui
dētiam tali modo: ex quo seqbatur impli
cite ⁊ ex cōsequēti nullā esse dei ꝓuidētiā
circa actus humanos. ¶ Qd̄ autē magr̄
Mathias dicit ꝙ si ꝓpter implicitā ne-
gationē intentio Job fuisset ꝓbare deū
esse ꝓuisorē actuū humanorū: debuisset
ꝑmo probare deū esse qd̄ sic implicite ne-
gassent amici eiꝰ cum nihil aliud sit deum
esse: ꝗꝫ deū esse iustū: nullaꝫ penitꝰ habet
rōnem. q2 etiā si sctūs Tho. vellet signifi
care ꝙ intētio Job fuerit ꝓbare ꝓuiden
tiā dei eē absolute ⁊ simpliciter circa actꝰ
humanos: nō ideo sequeret̄ ꝙ primo de-
buisset ꝓbare deū esse. qd̄ etiaꝫ implicite
negabāt. Nā ad ꝓbandū cōclusionē nō
cōcessam: sufficit in omni argumētatione
ꝓbare principiū primū ⁊ immediatū. ex
quo sequit̄ talis cōclusio. neqꝫ est necessa-
riū ꝓbare oīa ꝑncipia mediata ⁊ remota
q̄ quadā deductione a ꝑmo ad vltimū ne-
gant̄ cōclusione negata. nisi forte princi-
piū primū fuisset negatū qd̄ nō est in ꝓ-
posito. alias q̄libet sciētia debuisset ꝓba-
re omnia rerū pricipia vsqꝫ ad ꝑmas ani
mi cōceptiones ad probandas ꝓprias cō
clusiōes. q2 oīa quodā ordie negant̄ vna
cōclusione negata. ꝙ essꝫ sciētias oēs cō-
fundere. ⁊ tn̄ verū est ꝙ sāctꝰ Tho. intel-
lexit fuisse intētionē Job ꝓbare ꝑ rōnes
ꝓuidētiā dei circa actꝰ humāos eo modo
quo eiꝰ amici illā negabāt. s. directe ⁊ ex-
plicite: secūdū aliquē modū ⁊ ordinē sicut
declaratum est. ⁊ ex consequēti ⁊ implici-
te: ꝓbare absolute ⁊ simpliciter diuinam
prouidentiam de actibus humanis quaꝫ
illi implicite ⁊ ex consequenti negabant.

¶ Circa capitulum. iij.

In capitulo. iij. sāctꝰ Tho.
expōnēs verba Job qbus
maledixit vite sue ⁊ natiui-
tati: dicit ꝙ verba Job in
hoc caplo̊: nō fuerūt verba
impatiētis ⁊ blasphemij. sed illa ꝓtulit
volēs significare dispositionē partis sensi
tiue abhorrescētis miserias in q̄bus erat.
cui est vita talibꝰ miserijs subiecta trista-
bilis ⁊ odiosa. ⁊ tn̄ ꝫm rōnem vitaꝫ suam
cū illis miserijs acceptabat ꝑ virtutē pa-
tientie ⁊ sub spe ꝑmij vite future. Hāc ex-
positionē sancti Tho. postillator referēs:
dicit pati calumniā ex eo quia amici Job
cū essent sapiētes ⁊ viri litterati nūqꝫ con
tradixissent Job hoc modo loquenti. cuꝫ
scirēt passiones tristabiles esse simpliciter
sensitiue partis. Unde ꝫm hāc expositio-
nē dicit ipse tota eoꝝ disputatio cōtra iob
ꝓcederet in equiuoco. cū nitant̄ ostēdere
Job ex ipatiētia maledicū ⁊ blasphemū
tanqꝫ ex erronea rōne loquētē. quod vi-
det̄ incōueniens dici de viris sapientibus.
¶ Propter quod ipse postillator aliter ex
ponit dicēs. ꝙ Job illa verba ꝓtulit non
quasi ex se ⁊ de mēte propria; sed cōcludēs
cōtra amicos suos ex cōcessis ab eis ⁊ du-
cens ad incōueniēs. Negabāt eniꝫ amici
Job vt dicit postillator punitionem pec-
catorū ⁊ remunerationē bonoꝝ in futura
vita. ⁊ ex hac sententia erronea quā noue-
rat Job: concludebat contra eos ꝙ vita
sua ⁊ tot ⁊ tantis miserijs subiecta esset si-
bi odibilis ⁊ onerosa. ⁊ ꝑ cōsequēs natiui
tas sua cōceptio ⁊ educatio si de hoꝝ tolle
rantia: nulla in futurū est expectanda pre
miatio. Hec postillator in sūma. ¶ Sed
Burgēn. ostēdens expositionē scti Tho.
verā ⁊ magis rationabilē respōdet ad ob
iectionē postillatoris dicēs falsum esse: ꝙ
stante expositione sancti Tho. disputatio
Job ⁊ amicorum eius procederet in eq-

uoco. qm̄ eorū disputatio circa hoc erat principaliter q̄ Job dicebat se esse flagellatū sine culpa. amici vero asserebant ipm̄ flagellatū esse in penā culpe sue sicut ex ꝓcessu patet. ⁊ ita disputatio eorū nō erat in equiuoco sed sibi inuicē ꝺ directo contradicebāt. alia aūt q̄ in hac disputatione interposita sunt: nō erāt de ꝑncipaliter intētis sed de secūdario superuenientibꝰ. vnde ⁊ infra caplō. xxxij. vbi cessauit disputatio triū amicoꝝ dicit̄ sic. omiserūt aūt tres viri isti respōdere Job. eo q̄ iustus sibi videret̄. i. q̄ nō poterāt ipm̄ cōuincere ꝺ iniustitia sua. Amici ergo Job q̄ pricipaliter pretēdebāt in disputatione ꝓbare iob ꝓ culpa sua flagellatum: nō sunt ꝓsecuti vtrū verba q̄ in caplō hoc iterposuit: fuissent ꝓlata ſm̄ partē sensitiuā vel alias q̄si nō curātes de illis. ⁊ sic nec ipsi disputabāt in equiuoco: nec Job eos detinuit i verbis ad ꝓpositū nō expectātibus. vtriusq̄ enī partis intētio: versabat̄ principaliter circa iustitiā Job quā ipse ꝓ pōebat. alij cōtradicebāt. Quod aūt postillator dicit q̄ Job in hoc caplō ex sententia erronea amicoꝝ suoꝝ quā nouerat cōcludit vitam suā odibilē ⁊ onerosam ducendo eos ad incōueniēs: dicit Burgeñ. esse irrationabiliter dictū. tū quia qñ hoc caplm̄ ꝓposuit: nihil legit̄ audiuisse ab amicis cū ipse fuerit ꝑmus loquēs de hac materia. nec ꝺbuisset eis īponere q̄ aliqꝺ erroneū credidissent: nō habēs de hoc certā noticiā. tū etiā quia si hoc modo loqueret̄. s. ex alioꝝ positione vt eos duceret ad incōueniens: debuisset interponere aliquam dictionē q̄ significaret q̄ hoc loqueret̄ ex aliorum positiōe nō ex sua. quod tñ nō facit. ſ3 simpliciter loquit̄ tanq̄ ex ꝓpria opinione sicut sāctꝰ Tho. exponit. Hec Burgeñ. ⁊ bene. ¶ Et certe mirabile est vnde postillator expositionē suā adiuenerit ac firmauerit cum neq̄ in verbis Job vel amicorum eius neq̄ in modo loquendi: vllū habeat fundamentum. Sed ⁊ plane expositio sua damnatur per quā rationē putat expositionem sancti Tho. excludere. Nā stante expositione postillatoris disputatio Job ⁊ amicorum eius manifeste ꝓcederet in equiuoco. Probat̄ quoniā si iob verba maledictionis ꝓtulit non ex se sed concludens cōtra amicos suos ex cōcessis ab eis ⁊ deducendo ad incōueniens: hoc illi nunq̄ intellexerūt nec ipse se exposuit i tota disputatione. imo amici eius verba Job acceperāt tanq̄ blasphemātis ⁊ impatientis. ⁊ de hoc ipm̄ reprehenderunt. Unde in sequenti caplō rñdens ei eliphat primꝰ ait. nūc autē venit sup te plaga: ⁊ ꝺfecisti. tetigit te: ⁊ cōturbatus es. vbi timor tuus. fortitudo tua ⁊ patientia tua ⁊ ꝑfectio viarum tuarū? Et i caplō. v. dicebat. virū stultū interficit iracundia. quod postillator exponēs dictū esse cōtra Job: inquit. ille enī vere stultꝰ ē: q̄ a virtute patiētie cadit ꝓpter aduersitatis pondꝰ. Item baldach suites caplō. xvij. respōdēs ipsi Job q̄ in caplō precedēte miserias suas ꝺclamauerat: inquit. q̄d ꝑdis animā tuā in furore tuo? vbi postillator ait. q. dicat talia dixisti ex impetu furoris tui: q̄ animā a sapiētia ⁊ virtute deicit ⁊ sic eam destruit ⁊ ꝑdit. Ecce q̄ amici Job etiā ſm̄ expositionē postillatoris: nequaq̄ intellexerunt eū dixisse verba sua maledica ex eoꝝ suppositione vt eos duceret ad inconueniēs. sed acceperūt illa tanq̄ blasphemantis ⁊ impatiētis. Sequit̄ ergo ex his q̄ eorum disputatio stāte expositione postillatoris: manifeste ꝓcederet in equiuoco. ac ꝑ hoc q̄ postillator in idē incōueniēs incidit: ad quod putat sctū3 Tho. deducere. ¶ Sed neq̄ expositio sua vllā videtur habere ꝓbabilitatē. Nam amici Job penā ac premiū future vite negantes: nullū incōueniens putarēt q̄ vita Job tā multis doloribus ac tantis miserijs subiecta: sibi esset odibilis ⁊ onerosa. imo ꝑpōte illud amitte

rent. presertim cum videret Job in tali ac
tanto miserie statu: de quo non appare-
bat possibilis liberatio via humana ꝓut
ipse postillator cōcedit. Probatur illud.
qm̄ nō esse ⁊ mors inquātū penalis ac mi
sere vite ablatiua sunt: sub ratione cadūt
appetibilis. Tollit enim mors vt sic mise
riā. que est omniū malorum maximū ac
per hoc rationem habet boni ⁊ appetibi
lis. Unde ⁊ dn̄s Mat. xxvj. dicebat. Bo
num erat ei si natus non fuisset homo ille.
⁊ Ecclesiastici. xlj. ait sapiēs. O mors bo-
num est iudiciū tuū homini indigēti ⁊ qui
minorat᷑ virib⁹ defecto etate ⁊c̄. Per quē
modū dicit᷑ Apocal. ix. In diebus illis q̄-
rent homines mortē ⁊ non inuenient eam.
desiderabūt mori ⁊c̄. Nō ergo amici iob
habuissent ꝓ inconuenienti ꝙ vita ipsius
tantis astricta miserijs: esset sibi nolita et
odiosa. ac etiā ꝙ appeteret nō fuisse. Fru
stra itaq̨ foret ⁊ nihil momēti haberet ar
gumētatio sancti Job stante expositione
postillatoris. cū illud cōcluderet: ꝙ vltro
ab aduersarijs cōcederet᷑. Nec ꝓbat ra-
tionabiliter postillator amicos Job ha-
bere ꝓ incōuenienti vitā ipsi⁹ sibi esse ꝓ il-
lo statu odiosam ac nolitā: ex eo ꝙ eū ad
penitētiā inducebāt dicentes ꝙ si hō vere
penitet: a quibusuis miserijs liberabitur
a dn̄o. Nā vtrūq̨ hoꝝ simul stare potu-
it. ⁊ ꝙ agnoscerent vitā Job tot miserijs
subiectā esse sibi ꝓ tunc odiosam: ⁊ ꝙ illi
ad penitētiam sub spe salutis recuperāde
suaderēt. Unde nulla rōne ꝓbabile fit ꝙ
Job vir sapiētissimus verba sua ꝓferret
maledica argumētando vt amicos duce-
ret ad incōuenientes: quod neq̨ illi neq̨ ali-
quis satis doctus ꝓ incōuenienti haberet.
Inquit enī Hierony. sup illud. Bonum
erat ei ⁊c̄. Mat. xxvj. multo meli⁹ est non
subsistere: q̄ȝ male subsistere. Patet ergo
ex his inualidū esse fundamētū qđ postil-
lator in sua habuit expositione. ¶ Sed ⁊
ipse Job causam sue īpatiētie ⁊ verborū
maledicoꝝ q̄ ꝓtulerat: nō aliam dixit esse
q̄ȝ flagella dn̄i q̄ sustinebat. Ait enī caplo
vj. vnde ⁊ verba mea dolore sunt plena:
q꞉ sagitte dn̄i in me sunt. quarū indigna-
tio ebibit spūm meū. Et capitulo. vij. cū
premitteret penas quas patiebat᷑: dicit.
quāobrē elegit suspendium anima mea ⁊
mortem ossa mea. desperaui. Ecce ex om-
nibus premissis ꝙ causam qua maledixit
vite sue ⁊ natiuitati ⁊ alia verba impatiē
tie ꝓtulit: assignat fuisse flagella ⁊ dolo-
res acerrimos quibus premebatur. neq̨
vn q̄ȝ pro causa assignauit falsam amico-
rū opinionē de nulla retributione fienda
pro meritis ac demeritis in vita futura ꝓ
ut postillator exponit. Unde satis videtur
ꝙ fuerit expositio eius ficticia. ¶ Uerum
magister Mathias ꝓ postillatore decer-
tans credit se respōdere ad ea q̄ Burgeñ.
ꝓ expositione sancti Tho. cōtra postilla-
torem supra notauit. Unde ex tota dedu-
ctione Burgeñ. colligit tria puncta. Pri-
mū est ꝙ materia principalis disputatio-
nis Job fuit ꝙ flagellaret᷑ sine causa. Se
cundū ꝙ Job asseruit se iustū ⁊ per cōse-
quens sine causa flagellatū. Tertium ꝙ
amici Job solum impugnabāt iustitiam
Job quā ipse pretēdebat. Alia autē que
disputationi interposita sunt: ꝙ sint acces
soria in disputatione. Hec tria dicit magi
ster Mathias Burgeñ. posuisse q̄bus
cōprehēdit᷑ tota eius digressio. ¶ Ad que
magister Mathias r̄ndet dicēs ꝙ p̄mū
dictū est simpliciter falsū neq̨ esse impo-
nendū tā cōmendabili viro sicut Job. ꝓ
bat illud esse falsum. q꞉ aliq̄d in rerū natu
ra fieri sine causa: vna oīū philosophoꝝ
voce reprobat᷑. ¶ Ad secūdū similiter res
pōdet falsum esse ꝙ Job se fore iustū asse
ruit. Nā hoc faciēs: foret iniustus queād-
modū ipe Job dicit. ix. hui⁹. ⁊ p̄ma Joā.
j. Si dixerim⁹ q꞉ peccatū nō habem⁹ ipi
nos seducim⁹ ⁊ veritas ī nobis nō est. Un̄
dicit magr̄ mathi. ꝙ verba illa q̄ ad inocē

tiam vel iustitiã Iob tendere videnť: nõ aliter accipienda sunt nisi sicut verba xp̄i d̄ ceco nato. Ioã.ix. neqꝫ hic peccauit nec parentes eius ⁊c̄. q꞉ iob nõ dixit simpliciter se nõ pecasse. Nam hoc esset temerariũ. sed dixit se nõ peccasse vt flagellareť. ¶ Simili modo dicit ꝙ tertiũ dictũ burgeñ. stare non põt q꞉ amici iob nõ intẽdebant eũ ꝓbare iniustũ: sed habebãt hoc tanqꝫ euidẽs ex flagellis iuxta errorẽ illorũ quo neminẽ dixerũt flagellari sine culpa. Ad quod cõcludẽdũ tendit eoꝝ disputatio. Concludit ergo magister Mathi. ꝙ materia disputationis in hoc libro: fuit neminem puniri in presenti nisi pro peccatis. cui errori Iob se opposuit ⁊ non ꝓ iustitia sua. sed pro iniuria deo facta per derogationem disputauit. In cuius signum infra capitulo vltimo de⁹ illos tres amicos increpãs non dicit eos contra iob locutos: sed contra deum ⁊ dei iustitiam. ideo dr̄ ibi. iratus ẽ furor me⁹ in te ⁊ in duos amicos tuos q꞉ nõ estis locuti corã me rectũ. i. dogma verũ ſm glo. Si eni locuti fuissent cõtra iustitiã iob dicit ipse: vt sonat tertiũ dictũ Burgeñ. nõ possent rephẽdi quasi nõ rectũ locuti fuissent. cum et iob reprehẽsibilis erat ⁊ ꝑ deũ rephẽsus. vt patet infra. xxxviij. ¶ Ad primã obiectionẽ Burgeñ. contra postillatorẽ rñdet magister Mathi. ꝙ amici iob fuerũt viri insignes. ideo fama ꝓdẽte potuit Iob scire eoꝝ opiniones ⁊ doctrinas. ⁊ fortasse tpe ꝓspitatis se cõtulit cũ eis: sic ꝙ eũ nõ latebãt errores illoꝝ. ¶ Ad secũdũ rñdet ꝙ quãdo maledixit iob diei ⁊c̄. satis d̄dit intelligere ꝙ ex suppositione errorũ quos nouerat maledicebat creaturis dei. nã cuꝫ esset voce dñi laudat⁹ vt iustus ⁊ rectus: creature dei maledicere nõ potuit absolute. ¶ Laborat cõsequẽter magister mathias refellere rõnem quã sanctus Tho. assignat de eo ꝙ tã particulariter iob vite sue ⁊ natiuitati maledixit dicẽs primo ꝙ non videť sibi conueniens sacram scripturam poematibus ⁊ poetis comparare. cũ multa soleãt mẽtiri poete. ¶ Secundo q꞉ nõ videť sibi bene inferri ex dicto beati Hiero. passus iste est metric⁹: ergo poeticus. q꞉ multa sunt poetica ꝓsaica. multaqꝫ metra nõ poetica. Hec magr̄ Mathi. cõtra Burgeñ. ⁊ in p̄iudiciuꝫ expositionis scti Tho. q̄daꝫ alia notauit contra Burgeñ. quoꝝ mea nõ interest cũ doctrinã scti Tho. nõ tangãt. ¶ Hec aũt q̄ recitata sunt ex dictis magri mathi. q̄ꝫ facileꝫ hẽant absolutionẽ: ex dicẽdis patebit. Primũ eni qd̄ ex dictis Burgeñ. colligit: certe false sibi impositũ est. nõ eniꝫ in verbis Burgeñ. inueniť dictũ ꝙ materia disputationis iob fuerit ꝙ flagellareť sine causa sed ꝙ flagellareť sine culpa. mirũ est ergo q̄re aut vnde id sibi imposuerit. Sed ⁊ si dixisset sine causa: nõ certe esset male dictũ. Nã sensus esset. i. sine causa culpabili. qm̄ ſm regulã Hilarij. iiij. li. de trini. intelligẽtia dictoꝝ ex causis est assumẽda dicẽdi. Satis eni cõstat ex cõmuni vsu loquẽdi etiã sacre scripture ꝙ cũ dr̄ q̄s puniri sine causa: intelligatur. i. sine culpa. q꞉ vt cõmuniter causa pene culpa ẽ. Tali eni modo loquẽdi vsus ẽ ipse iob infra ix. cap̄. dicẽs. ⁊ multiplicabit vulnera mea etiã sine causa. i. sine culpa. sic etiaꝫ. ꝑs. iij. dicit. qm̄ tu ꝑcussisti oẽs aduersantes mihi sine causa. sic ⁊ in multis locis sacre scripture. Nõ debuisset igiť magr̄ math. ex illo modo loquẽdi: calũniã cõtra Burgeñ. suscitare. etiã si illud dixerat. ¶ Sed neqꝫ ſm dictũ rõnabiliter ĩpugnat. nã qd̄ burgeñ. dicit iob se fore iustũ asseruisse: verũ esse cõstat ex pluribꝰ locis huiꝰ libri. sed ꝓserti ex cap̄. xvj. vbi exp̄sse dicit. Nõ peccaui ⁊ in amaritudinibꝰ morať oculꝰ meus. Et. xxvij. cap̄. dicit iob. neqꝫ eni rephẽdit me cor meũ i oi vita mea. Itẽ ca. xxxiij inq̄t heliu loquẽs cõtra iob. dixisti ergo i auribꝰ meis ⁊ vocẽ verboꝝ tuoꝝ audiui.

mūdus sū ego ⁊ absq̄ꝫ delicto īmaculatus ⁊ nō est iniq̄tas in me. ¶ Claret ergo ex his ꝙ iob se iustū esse asseruit. Et cū magister math. dicit hec v̄ba ⁊ similia ītelligēda eē nō absolute q̄si diceret iob se nullū habuisse pctm̄: ſʒ sub hoc sensu ꝙ nō habuerit pctm̄ quo dignꝰ esset sic flagellari: dico ꝙ ipso eodē sensu accipiēda sunt v̄ba Burgen̄. sicut enī iste locutꝰ ē simplr̄ sine d̄terminatione: ita ⁊ iob. imo ⁊ magis absolute. Qua ergo sapiētia mirabili magr̄ math. iudicauit v̄ba Burgen̄. eē rep̄hensione digna: cū diceret verba iob merito eē exponēda: videt̄ plane ꝙ non rectis oculis id diffinierit. ¶ Qḋ aūt dicit magr̄ math. cōtra tertiū dictū Burgen̄. ꝙ amici iob nō intēdebāt eū ꝓbare iniustū nec circa hoc disputabāt ꝯtra eū ſʒ habebāt hoc tanq̄ꝫ euidēs ex flagellis: manifeste falsum ē nō solū ex ꝓcessu disputationis vbi singule obiectiones ⁊ respōsiones circa iustificationē iob versant̄ ꝓ ⁊ cōtra ꝑut diligenter cōsiderāti patebit: sed ex fine disputationis. Dicit̄ enī cap. xxxij. omiserūt autē tres viri isti r̄ndere iob: eo ꝙ iustꝰ sibi videret̄. Ex q̄bꝰ verbis aptissime cōstat disputationē eoꝝ versari circa iustificationē iob cū ea cōcessa ab aduersarijs cessauerit eoꝝ disputatio. Nā tūc rōnabiliter cessat disputatio: qn̄ altera pars cōtradictionis de q̄ fuerat disputatio: cōcedit̄ ab aduersario. Vn̄ ⁊ heliu disputationē ꝓsecutus ē qm̄ adhuc ꝑtē ipsiꝰ iob nō concesserat ſʒ tenebat iob iustū nō fuisse. imo pro sua iniustitia fuisse flagellatum. ⁊ ita sup iustificatione iob cepit disputare dicens sequēti caplo. dixisti ergo ī auribꝰ meis mūdus suʒ ego ⁊ absq̄ꝫ d̄licto ⁊c̄. Sed ⁊ postillator ī eo cap̄. xxxij. plane dicit ꝙ materia disputationis iob ⁊ amicoꝝ eius fuerit verbū iob quo dixerat se iustū esse. Inq̄t enī sic. cessatio aūt huiꝰ disputationis fuit eo ꝙ tres amici iob supra positi auditis verbis iob q̄bus inocētiā suā m̄ltipliciter declarauerat: reputauerūt eū esse iustuʒ. ⁊ ideo merito tacuerūt q̄ cū eo disputare ceperāt: eo ꝙ ante cōtrariū tenebāt. ſ. ipsum a deo fuisse propter suā iniustitiā flagellatum. Heliu aūt adhuc idē tenebat ⁊ iustitiā quā Job pro se declarauerat simulatā ⁊ nō verā credebat. Hec postillator in forma. Ex quibꝰ apparet ꝙ magr̄ math. gratis rep̄hēderit Burgen̄. cuʒ manifeste falsa assumpserit in eiꝰ rep̄hēsionem et suo postillatori aduersantia. ¶ Signum autē qḋ magister Mathi. adducit ad ꝓbandū ꝙ iob se opposuerat amicis ꝓ iniuria in deum cōmissa ⁊ nō ꝓ deffensiōe iustitie sue: nullā habet apparētiā. Nam cū deus sit veritas p̄ma a qua omne veꝝ depēdet ⁊ est: q̄cq̄d cōtra aliquā veritatē dicit̄: pōt dici nō rectū corā deo. ⁊ ita q̄cq̄d cōtra veritatē a iob ꝓpositā dicebat̄: merito corā deo nō rectuʒ esse dictum est. Vn̄ ꝙ amici iob opposuerāt contra iustitiā eius ꝓ cuius defensione ille certabat: nō erat rectū corā deo. qm̄ non sic se habebat rei veritas. Et cū dicit magister Mathias ꝙ iob vere rep̄hēsibilis erat ⁊ a deo fuit rep̄hēsus infra caplo. xxxviij. ⁊ per cōsequēs ꝙ nō erat vera iustificatio eius: dico ꝙ ad hoc respondet postillator queʒ ipse defensare cōtendit super eodē. xxxviij capitulo dicens. ꝙ q̄uis dicta Job ꝓ q̄bus a deo rep̄hēditur vera essent: tamē quia habuerunt speciem mali ⁊ poterant generare scandalū: quia ex modo loquendi videbatur dicere aliqua in derogationem diuine iustitie ⁊ presumptuose: ideo reprehenditur a deo. Idem dicit in summa capitulo vltimo exponens illud. sicut seruus meus Job. ¶ Potest etiam respōderi per ea que glosa dicit super illō. neq̄ꝫ enim reprehendit me cor meum capitulo xxvij. inquit eniʒ. Sed quo pacto a corde suo reprehendi se negat: qui supius dicit. Peccaui? Peccauit quidē vl̄ cogitādo: ſʒ nequaq̄ꝫ se a corde suo rep̄hēdi confitet̄.

quia et si illicita cogitando rectitudini de
fuit: fortiter tamē defuit cogitationi. Hec
glosa. ¶ Solutio autē quā magr̄ Ma-
thias dat ad primā Burgeñ. obiectionez
quantuz habeat insufficiētie: ex aduerbio
fortasse cui respōsio ipsa innitiť plane ha
betur. Non enim multū habet veritatis:
quod ꝓponiť verū esse fortasse. ⁊ tamen
posito ꝙ illud ꝓbabile fuerit: nō adhuc
saluari videť expositio postillatoris. quo
niam et si Job vel fama ꝑdente vel ali-
a a conferēs cū amicis potuit errorem ip-
soꝝ nouisse de futura vita: debuit dubita-
re an adhuc ꝑ tēpore quo ad eū visitādū
ꝯuenerāt: in errore suo ꝑsisterēt. Debuis-
set ꝑfecto Job vir doctissim⁹ grauis ac
prudētissim⁹ audire p̄mo eos errorē suuz
ꝓponētes. vel ipsis tacētibus: exq̄rere ab
eis an forte cō ceptū errorē quē oli habue
rant: ꝑ tūc tenerēt. Vñ non videť ꝙ vir
sanct⁹ exēplar patiētie in tot ⁊ talia ama-
ritudinis ac maledictionis verba p̄cipitā
ter ꝓrumperet ad amicorum cōfusionem
⁊ reprehēsionē: nōdum cognito per certi-
tudinē ꝙ illi partem tenerēt aduersam in
errore suo perseuerātes. maxime cum ore
dei laudat⁹ fuerit infra caplo vlti. de recti
tudine sua obseruata. ¶ Et preterea nul-
lo pacto verissimile est ꝙ sedēs Job i ster
quilinio ꝑcussus vlcere pessimo a plāta
pedis vsq₃ ad verticē capitis: q̇ vt dicitur
caplo p̄cedēte testa saniē radebat; tantā
sensuū ac mētis possideret trāquillitatez:
ꝙ ipse prior disputationē contra amicos
spōte suscitaret super eorū errorib⁹ quos
nouerat alias. ¶ Item nec ꝓbabile est ꝙ
amicos suos ꝑ consolatione eius pariter
veniētes fletu magno ac scissis vestibus
pre compassione plorantes. puluerez sup
capita spargentes ad diuine miseratiōis
remediū ipsi Job impetrandū. sedētesq₃
in terra septem dieb⁹ cum eo ⁊ noctibus
septē: nullū verbum ei loquētes videntes
eius vehemētem dolorem; ipse ad discep

tationem super eorum erroribus vt eos
conuinceret atq₃ reprehenderet: concita-
ret ipsis pre dolore eius mēte cōsternatis.
Talis certe disputatio: imprudētie ipsius
ingratitudini atq₃ impatiētie: merito pos-
set imputari: quod de tanto viro existima
re fas non est. Unde aperte constat ꝙ res-
ponsio magistri Mathie ad primam ra-
tionem Burgeñ. nullaz habeat efficaciā.
sed neq₃ verisimilitudinem. ¶ Neq₃ se-
cunda respōsio eius alicuius est momenti.
Non eniz ex eo ꝙ maledixit Job diei ⁊c.
signū fuit ꝙ ex amicorum erroribus quos
olim nouerat: loqueretur. cum ex aliis cau
sa potuerint maledictiones ille procedere
absq₃ preiudicio iustitie sue ⁊ rectitudinis:
volens scilicet significare dispositionem
partis sensitiue miserias in q̇bus erat ab-
horrescentis prout sanct⁹ Tho. exponit.
¶ Et ꝙ ipsa verba Job maledica nō fue
rūt sufficiens signū ꝙ ex amicoruz opinio-
ne erronea loqueretur: ex hoc manifestuz
est ꝙ amici sui audientes verba illa: nihil
tale cognouerūt. sed acceperūt ea vt blas-
phematoria ⁊ ex impatientia prolata. ꝑ-
ut supra ex littera ipsa deductum fuit. Ne
cesse igitur habuisset Job supposita ex-
positione postillatoris aliquod aliud sig-
num verbis suis interponere quod suffici-
enter ostenderet ipsuz ex suppositione er-
rorum illorum fuisse locutum. Quod cum
non fecerit: euidenter concluditur ꝙ ver-
ba Job non id pretendebant quod postil
lator concepit: neq₃ alius intellectus i ver
bis illis facile dari potest salua ipsius iob
iustitia ac rectitudine iuxta verbuz dei ca
pitulo vltimo: nisi is quem habuit sanct⁹
Thomas. ¶ Ad illa que obijcit magi-
ster Mathias cōtra rationem sancti tho-
me quam assignat de tam particulari et
acerrima maledictione Job: dicitur ad p̄-
mum. ꝙ sanctus Thomas non cōparat
sacram scripturam ꝑ omnē modū poema
tibus aut poetis. sed dicit ex auctoritate

beati Hieronẏ. ꝙ in libro Job scriptura utitur modis aut rõnibus poematibus. qđ ad dignitatē sacre scripture ptinet. cū dn̄a sit cui oḿes sciētie humane famulan̄tur. ⁊ a q̄ sumpserūt exordiū prout Cassiodorus ait. et habet̄ in dec. xxxvij. di. legimus. §. sed econtra legit̄. Inquit enim. Ois splēdor rhetorice eloquētie. ois modus poetice locutionis: q̄libet varietas decore ꝓnunciationis: a diuinis scripturis sumpsit exordiū. Unde Judi. ix. scriptura modū loquēdi habet poetarū. cū dicit. ierūt ligna vt vngerēt sup se regē. dixerūqꝫ oliue. impa nobis ⁊c̄. Itē ibi. si dormiatis inter medios cleros pēne colūbe deargentate ⁊ posteriora dorsi eius in palore auri ⁊c̄. ps. lxvij. Sic ⁊ i multis locis sacre scripture repitur mod⁹ loquēdi poetaꝝ. Un̄ ⁊ Apl's p̄ma Cori. xv. et ad titū p̄mo ꝓuerbijs q̄busdā vtit̄ poetarū. Et Actuūꝫ xvij. ipse apl's inq̄t. Sicut ⁊ q̄daꝫ v̄rorum poetarū dixerūt. ipsius eni ⁊ gen⁹ sum⁹. ꝙ si poete in suis carminib⁹ multa mētiantur: sacre scripture nō nocet. nā talia in testimoniū sue veritatis nō inducit. sed illa precise: q̄ vera poete docuerūt. q̄ non modo nō illicita: sed ⁊ valde nobis vtilia sūt. Ex eis q̄ppe vt inq̄t Beda ⁊ habet̄ dec. xxxvij. di. turbat. si q̄ inuēta sunt vtilia: q̄si sua sumere licet alioqui neqꝫ etiam ipse magister gētiū aliquot versus poetarum suis vl' scripturis vl' dictis īdidisset. ¶ Ad secundū dr̄ ꝙ sctūs Tho. nō infert ex hoc solo ꝙ versus q̄bus liber iste cōscript⁹ est sunt metrici: ꝙ ideo sint poetici. sꝫ ex eo ꝙ metrici sunt ⁊ cū hoc figuris ac coloribus cōstant. q̄ mod⁹ loquēdi: poetarū est ꝓut ẏsidorus tradit ethimol'. li. viij. caplo. vij. Un̄ verba sancti Tho. sunt hec. Et sic pꝫ ꝙ liber iste p modū poematis conscript⁹ est. Un̄ p totū hūc libruꝫ figuris ⁊ coloribus vtit̄ q̄bus poete vti cōsueuerūt. Hec sctūs Tho. ¶ Ea aūt q̄ magr̄ mat. fingit se inducere ꝓ cōsolatione Burgeñ. ex dictis postillatoris Hiere. xx. magis i rei veritate vident̄ sophistaꝝ verba qꝫ consolatoris. Nā oia q̄ ad ꝓpositū nr̄m postillator ibi dicit. p̄us ⁊ pleni⁹ sctūs Tho. scripserat hic ⁊ in multis alijs locis a quo ipse postillator accepit. Sed neqꝫ p illa q̄ ibi postillator tradit poterat r̄nderi ad obiectionē suā quā hoc loco cōtra sctūꝫ tho. fecerat ex suo falso p̄supposito. Un̄ neqꝫ ei⁹ neqꝫ sui defensoris indigem⁹ auxilio nos q̄ doctrinā scti Tho. tenētes: colim⁹ veritatē. Hoc vnū tn̄ negari nō pōt ꝙ postillator hoc loco ipugnat qđ Hiere. xx. docet apte vbi verba Job ex hoc caplo idu cit s̄m itellectū scti tho. exposita. Ait eniꝫ sup illud Hiere. maledicta dies ⁊c̄. Non sunt ipatiētis ⁊ desꝑantis verba: sꝫ in hoc exp̄mit horrorē sensualitatis respectu mali iminētis. Qđ tamē patiēter tollerabat. sicut sanct⁹ Job exemplar patiētie dixit. Pereat dies in q̄ nat⁹ sum ⁊c̄. Et sic ē sensus. maledicta dies ⁊c̄. i. si sequerer sensualitatis horrorē: tēpori natiuitatis mee maledicerent. Hec postillator in forma.

¶ Circa p̄dictū cap̄. iij.

IN eodē caplo. iij. sup illud maledicāt ei q̄ maledicunt diei ⁊c̄. Postillator recitat duas sācti Tho. expositiones dicēs. Hoc thomas exponit dupliciter. Uno mō ꝙ p leuiatā intelligit̄ magnus piscis q̄ alio nomine vocat̄ cetus quē ꝓpter sui magnitudinē piscatores nō audēt inuadere de die vt dicit sed de nocte tantum. ⁊ ideo quando intendunt eius captioni si superueniat dies: maledicunt ei ⁊ sic suscitare leuiatan: est eum inuadere: Alio modo vt per leuiatan itelligatur diabolus quem suscitare habent mali homines ei obedientes. ⁊ isti odiunt lucē diei. secūdū ꝙ dicitur Joānis tertio. omnis q̄ male agit odit lucē. ¶ Sed p̄ma expositio nō videt̄ vera. q̄ audiui ab illis

qui nouerunt captionē illius piscis q̄ nū-
quā inuadit̄ de nocte sed magis in clara
die ita q̄ piscatores alōge possint contra
eum tela directe proijcere. quia si appro-
pinquaret: essent in periculo submersiōis
ex motu illius piscis mare notabiliter per
turbātis. Secūda vero expositio videtur
mystica ⁊ ideo pono aliaȝ litteralē quam
ponūt hebrei dicentes q̄ hec est vera litte-
ra. maledicant ei qui maledicūt diei expe-
ctantes orbari d̄ societate sua ⁊c̄. Hec po
stillator. ¶ Contra queȝ Burgeñ. volēs
primam sancti Thome expositionem de
fendere: dicit q̄ ⁊ si piscis ille magn⁹ non
possit capi nisi de clara die ꝓut postilla-
tor dicit sibi fuisse narratuȝ a piscatorib⁹:
tamen si contigeret q̄ aliqua dies in qua
piscatores captioni illius piscis intēderēt
finiretur ante eius captionem: maledice-
rent illi diei. eo q̄ nō fuit protensa vsq̄ ad
finē sui opis. et d̄ talibus intelligitur illud
qui maledicūt diei q̄ parati sunt suscitare
leuiatan secundū ꝓprium motiuū sancti
Thome licet mutetur tempus congruum
ad captionem vtrum nox vel dies. q̄r hoc
consistit in facto. ideo nō variat motiuum
expositionis. Hec Burgeñ. ¶ Sed quia
iste modus dicēdi Burgeñ. et si saluet tex
tus veritatē: non tamen saluat ea que san
ctus Thomas circa eius expositioneȝ di-
cit: ideo aliter videtur dicendū q̄ ⁊ si pis-
cis ille magnus scilicet cetus de die capiat̄
prout cōmuniter aut in partibus in q̄bus
postillator de captione eius interrogauit:
non ideo sequitur q̄ aliquando vel in ali
js regionibus in quibus sanct⁹ Thomas
de illius captione percontatus est: non ca
piatur d̄ nocte. vt sic cōmodius ⁊ securi⁹:
sub noctis silentio ⁊ obscuritate repēte ip
sum dormientem inuadant. ne ipse de die
a longe videns ⁊ presentiēs inuasores vel
tela quibus mactatur: fugiat vel mare p̄
magnitudine sua ⁊ ferocitate conturbās:
horribiles excitet vndas ita vt inuasoruȝ
nauem submergat. Nam vt fertur a pira
tis ⁊ piscatoribus tant⁹ ac tam grauis est
somnus ceti: q̄ magnitudo eius mirabilis
ac pinguedo multo magis somno q̄ȝ cibo
nutrimentali fouetur. Unde filium eius
mox cum nascitur: per annum dicunt dor-
mire. Exemplum erit ad propositum no-
strum quoniam ⁊ si aues vt cōmuniter ⁊
apud nos ac animalia cetera de die capiā-
tur: non ideo tollitur quin aliquando vel
secundum regionum diuersitatem sub no
ctis tenebris capi possint. Non enim vn⁹
modus certus est capiendarum auiuȝ aut
ferarū etiā q̄ sunt eiusdeȝ speciei. neq̄ in oi
regiōe neq̄ i oi tpe idē ē mod⁹ neq̄ vbiq̄
eadē sunt instrumēta. igit̄ neq̄ necesse est
q̄ idē mod⁹ sit determiat⁹ ita q̄ nō ali⁹
pisces capiendi in oi tpe ⁊ in oi maris re-
giōe etiā si eiusdē speciei pisces sint. sȝ cap
tionis coꝝ ⁊ ars ⁊ instrumēta ƀm diuersi-
tatē tēpoꝝ regionū ⁊ mariū poterūt va-
riari. Unde satis leui rōne postillator cō-
tra expositionē sc̄i Tho. duct⁹ ē. ¶ Sed
neq̄ multū vtilis aut necessaria erat dis-
putatio sua circa eiusmodi piscis capturā
in qua tñ non modicā ipse facit vim. Nā
poterat text⁹ legi eque bene siue de die fie
ret illi⁹ piscis captura siue d̄ nocte. ¶ Ad
id aūt q̄ postillator dicit secundā exposi-
tionē sc̄i Tho. mysticā esse ⁊ nō litteralē:
rñdet burgeñ. ⁊ bene q̄ falsum ē. qm̄ pa-
rabolice locutiones aut figuratiue: sensuȝ
litteralē faciūt. Et accipit hec rñsio ex his
q̄ sctūs tho. tradit p̄ma p. q. p̄. ar. vi. ⁊ q̄ȝ
vij. ar. xv. Nō eni voces parabolice aut
figuratiue ad lr̄aȝ significāt figurā sȝ figu
ratū. Nā cū scriptura nomiat d̄i brachiū
nō ē lr̄alis sēsus q̄ i deo sit mēbrū huius-
modi corpale q̄d ē figura quā voceȝ p̄mo
designāt: sed lr̄alis sensus ē q̄ sit i deo vt⁹
opatiua q̄ est figuratū. Unde in ꝓposito
nr̄o sub figura leuiatā: diabolus ad lr̄am
intelligitur ⁊ non ƀm sensum spiritualeȝ.
quia vt sctūs Tho. notauit ex auctorita-

te btī hieronymi tot⁹ iste liber fere coloribus ꝛ figuris poeticis constat. Ipse etiā postillator īfra.xl. capitulo per leuiatā ad litteram intelligit demonem. quod tamē hic non bene aduertens improbauerat.

¶ Circa capitulum.iiij.

IN caplo.iiij. sup illud. porro ad me dictū est verbum abscōditū. sāct⁹ Tho. sub dubio relinqt vtrū reuelatio quā sibi eliphat dicit factā fuisse: vera fuerit aut ab eo cōficta. qd Burgeñ. iqt rōnabiliter factū eo ꝙ nihil refert in ꝓposito an hec reuelatio fuerit vera vl' ficta. ¶ Sed magister Mathias dicit necessariū fuisse cōsiderare an vera fuerit illa reuelatio vel falsa. et concludit cū postillatore ꝙ fuerit cōficta ab eliphat nulla in re existēte reuelatione. Probat hoc qꝛ alias de⁹ ꝑ talē reuelationē auctorizaret dicta ipsi⁹ eliphat quorū tamē multa falsa sunt cū dñs in fine libri dixerit ad eū. iratus est furor me⁹ in te ꝛ in duos amicos tuos qꝛ nō estis locuti rectum coram me. ¶ Itē qꝛ reuelatio illa inducit ad falsum intellectū.s. ꝙ nullus a deo punit in ꝑsenti absqꝫ culpa ꝑcedēte. falsum autem non pōt a deo reuelari. Hec magister Mathi. post postillatorē. ¶ Sed certe ambo in hac eoꝝ argumētatiōe decipiunt. Suppont enī ꝙ reuelatio eliphat si vera fuit ꝛ non a deo cōficta: ꝙ fuerit a deo. qd tamē nō est necessariū. Nam reuelationes etiā per angelos malos fieri possunt in qbus multa astruunt falsa ꝛ ad falsū intellectū ꝛ iterū ad malū finē. Sepe enim sathanas se trāsfigurat in angelum lucis vt apostolus dicit secūda Corinthioꝝ.xj. et visibiliter ꝛ inuisibiliter: imagines circa phantasiā formādo faciēs apparere qd non est. ꝛ aliquando vocem audibilē formādo: cōcept⁹ ꝛ imaginationes ꝓponendo ꝛ īspirādo. sensus exteriores illudēdo ꝛ aliis modis sibi possibilib⁹. Nā diabol⁹ in virtutes corpeas aut corpeis organis affixas imprimere pōt. fm hāc demonū reuelationē ꝓphetabāt ꝓphete de qbus dñs dicit Jere. xxiij. ꝛ in ꝓphetis samarie vidi saturitatē. ꝛ ꝓphetabāt in baal ꝛ decipiebāt ppl'm meū israel. Talis etiā dr reuelatio q̄ facta est vxori pilati. Mat. xxvij. prout etiam postillator ibi exponit. Unde qꝛ reuelationes hominib⁹ fieri pñt p demōes: monet btūs ioānes ꝑma Joā. iiij. dicēs. charissimi nolite oī spūi credere. sed ꝓbate spūs si ex deo sint. Ad huiusmodi demonū reuelationes valet ꝛ necessaria est grā q̄ ab aplo dr discretio spūū. ¶ Qꝛ ergo reuelatio eliphat poterat fieri operatione demonis: ideo merito sanctus Tho. reliqt sub dubio an vera fuerit vel ab eo cōficta. tū qꝛ iudicari nō poterat ꝓ certo. Nā omnia q̄ ꝓtulit eliphat ꝛ falsa ꝛ ad falsum itellectū: potuerūt esse ꝛ cōficta ab eo nulla exñte sibi facta reuelatiōe: ꝛ etiā habita ꝑ reuelationē nō a dō sꝫ a dēmone: vt ꝓbatū est. Tū etiā qꝛ siue ficta vel vera esset talis reuelatio: nihil refert ad ꝓpositū. ¶ Patet itaqꝫ nullitas argumētationis postillatoris ad ꝓbandū certitudinaliter fuisse fictā cū ꝓcedat ex fūdamēto nō certo sꝫ valde dubio .s. ꝙ reuelatio eliphat si vera fuit ꝛ nō ab eo conficta: ꝙ fuerit a deo. Et q̄uis in caplo sequēti cū diceret eliphat: ad aliquē sctōꝝ cōuertere: aliquo mō significauerit se spū dei habuisse illā reuelationē: id tñ nō expssit ꝓut magister Mathias sibi iposuit. sꝫ et si expressisset: nō ideo certū esset nobis. cum ꝛ alia falsa in reuelatione sua tradiderit.

¶ Circa capitulum. v.

IN caplo.v. sup illud. voca ergo si est q̄ tibi rñdeat. burgeñ. inducit expositionē scti Tho. dicentis. Uoca ergo si est qui tibi respondeat.

quasi dicat si mihi hoc reuelatū non credis:tu ipse inuoca deū si forte ipse tibi ad hanc dubitationē respondere voluerit. et si p merita propria hoc obtinere a deo nō putas:ad aliquē sanctoꝝ cōuertere. vt eo mediāte huius rei veritatē a deo cognoscere possis. Hec sctūs Tho. ¶ Quā expositionē q̄ꝛ burgen. pfert expositiōi postillatoris:ideo magister Mathias se illi opponit dicens ꝙ stante expositione scti tho. non debuit eliphat remittere Job ad alios p acquirēda fide de reuelatione sibi facta. sed tenebat̃ pbare reuelationē sibi factā fuisse: vel p signa sicut Moyses fecit Exodi tertio. vel per scripturas quemadmodū xp̄s pbauit se missum a deo. quod etiam pbauit p multa signa. Ex quo magister Mathias vult cōcludere ꝙ expositio sancti Tho. fuerit min⁹ rationabilis. qm̄ ea stante: sequeret̃ predictū inconueniens. s. ꝙ eliphat remitteret Job ad alios p fide habēda de eius reuelatione. et non eam probaret sufficienter p signa vel per scripturā ad quod tenebat̃. ¶ Sed ad ista dupliciter respondet̃. Primo ꝙ assumptum magistri Mathie falsum est nisi pl⁹ addat̃. Nō enim verū est ꝙ q̇ sibi factā reuelationem denūciat:teneat̃ illaꝫ p signa vel p scripturā probare. qꝛ nullus tenetur ad id quod nō est in potestate sua. sed si ignoranti scripturas fiat reuelatio: vel etiaꝫ sciēti:sed de his q̄ nondū in scripturis habent̃:nō hēt in potestate sua illā pbare p scripturā. cū scripturarū dicat̃ ignar⁹. vł nulla de tali re p̄cesserit scriptura. neqꝫ p signa:quia facere miracula donuꝫ dei est quod gratis datur. neqꝫ est i potestate hominis nisi a deo det̃. ergo ꝛc. ¶ Sed forte dicetur ꝙ cuꝫ reuelatione semper datur a deo ad ei⁹ confirmationē: vel scripturarū noticia si de ea re habetur: vel gratia miraculorū. Sed hoc directe est cōtra aplm̄ prima corin. xij. dicentē. diuisiones grarū sunt ꝛ alij datur per spūm sermo sapiētie. alij autem sermo sciētie. alteri fides. alteri operatio virtutū. alij pphetia. alij discretio spirituū. alij genera linguarū. ꝛ alij interpretatio sermonū. Ubi apl's oīa ista dona diuidit ꝛ separat ad inuicē ita ꝙ quodlibet dari pōt a deo ꝛ plerūqꝫ datū est sine alijs. In qua re nullus theologoꝝ varie sensit. Unde ioseph reuelationeꝫ suā quā pharaoni denūciauit circa somniū. Gen. xlj. neqꝫ scriptura. neqꝫ signis cōprobauit. neqꝫ daniel cōfirmauit scriptura aut signis:reuelationē sibi factam a deo de sōnio nabuchodonosor. cū etiaꝫ expresse sibi dixissꝫ se a deo habuisse talē reuelationē. danielis secūdo. Nullius ergo efficacie ē ratio magistri Mathie cōtra sanctū Tho. cum sumpserit p fundamēto ꝙ falsum ē. Uerū est tamē ꝙ si q̇s vellit fidē facere p se ipsum de reuelatione sua vt ab alijs incōcusse credat̃:ꝙ tenet̃ eam signis aut scriptura efficaciter pbare. Sed hoc eliphat noluit put patet ex textu. Nam ipsuꝫ iob pro fide reuelationis sue habenda:ad alios remisit. ¶ Potest etiam secundo respōderi ꝙ posito sed non concesso ꝙ eliphat per scripturam vel signa teneretur pbare reuelationem suam:quod tamen non fecit:nullum inde sequitur inconueniens ex positioni sancti Thome. non enim est necesse excusare ipsum eliphat a negligētia ignorantia vel defectu quem in confirmatione sue reuelationis habuerit:cuꝫ in nōnullis sue reuelationis dogmatibus errasse conuincat̃ presertim ex intentione finis.

¶ Circa capitulum. vj.

In caplo. vj. vbi dicit̃. q̄re detraxistis sermonibus veritatis. Burgen. expositionē postillatoris declināsꝛ recitat approbatqꝫ expositionē scti Tho. dicēns dtractionē eliphat eē intelligendaꝫ qua in derogationem fame

ipsius iob:cōtradixit sermonibus eius ve
ris quos pmo ꝓtulerat in sua lamētatio-
ne.⁊ ᵭtractio illa fuit in cꝫtū eliphat visus
est reprehendere iob quia se innocentē di-
rit ⁊ sine culpa sua punitum. Hui⁹ expo-
sitionis maiorē approbationē ⁊ laudē ma
gister mathias egre ferēs: se Burgeñ. ac
sctō Tho. opponit dicēs. Primo ꝙ expo
sitio sctī Tho. videt̄ impropria. quia de-
tractio fame cōsistit in facto ⁊ nō in sermo
ne. In littera autē nō dicit̄ detractū facto
fame:sed sermonibus veritatis. ergo.⁊c.
¶ Secūdo qꝛ nō inueniunt̄ alij sermones
veritatis quibus eliphat detraxerit nisi il
li quibus iob obiurgabat errores amico-
rum ab olim sibi notos scilicet ꝙ nulla fu
tura sit in alia vita ꝓ bonis aut malis re-
tributio ꝑut i hoc passu postillator expo-
nit. Hec magister Mathias. ¶ Sed cer
te in prima harum obiectionuꝫ magister
Mathias non satis docte se videt̄ habe-
re.nā cum dicit ꝙ detractio fame consistit
in facto ⁊ non in sermone: si intelligat si-
cut modus loquendi sonat ꝙ detractio q̄
aliquis detrahit fame alterius fiat per fa-
cta ipsius detrahētis ⁊ non per verba:ma
nifeste est falsum ⁊ contra vsum ac doctri
nam loquentiū. Diffinitur eniꝫ detractio
ꝙ est aliene fame denigratio per occulta
verba. Unde prouerbioꝝ.iiij.remoue a te
os prauū ⁊ detrahētia labia sint procul a
te.⁊ caplo.xxiiij.dicit̄. ventus aquilo dissi
pat pluuias.⁊ facies tristis linguā detra-
hentē. Lingue aūt ⁊ labijs verba accom
modāt̄:nō facta. Et sup illud Roma.j.de-
tractores deo odibiles. dicit glo. qđ ideo
addit̄:ne leue putet̄ detractio: ꝓpter hoc
ꝙ cōsistit in verbis. Itē gregorius super
ezechielē omel.ix.ait.linguas detrahentiū
sicut nr̄o studio nō debem⁹ excitare ne ip
si pereant:ita p suā maliciā excitatas debe
m⁹ equanimiter tollerare:vt nobis meri-
tū crescat.ecce ꝙ gregori⁹ linguis atribu
it ᵭtractionē. Sūt ⁊ alie q̄plurime aucto
ritates sacre scripture ⁊ sanctorū doctorū
in quibus detractio nō nisi verbis aut lin
gue accōmodatur. ¶ Si autem intelligat
ꝙ detractio fame cōsistit in facto ⁊ non in
sermone.i.ꝙ factis alterius detrahit̄ ⁊ nō
eius verbis:nō min⁹ falsuꝫ est.nā sicut fa
ma vel nomen bonū habetur de factis al
terius si recta sint:ita ⁊ de sermonibus ei⁹
si consonāt veritati. Fama enī aut nomē
bonū:a psona vsqꝫ ad facta eius ⁊ verba
consueuit extendi. Laudamus enim non
solum hominē:sed verba ei⁹ ⁊ facta si ve
ra ⁊ recta sint sm̄ illud. In deo laudabo
sermones meos.ps.l.ergo per oppositū
denigratio fame q̄ est detractio nō solum
fieri pōt de benefactis alterius: sed ⁊ de ei⁹
sermonibus veris.⁊ sicut factis:ita etiam
ipsi sermoni detrahitur. Et hoc loco iob
ipsis sermonibus ꝑut est datiui casus: di
xit fuisse detractū vt etiā magister mathi.
cū postillatore exponūt. Unde patet pme
obiectionis inefficacia ⁊ nullitas. ¶ Ad se
cundam dicit̄ ꝙ sermones q̄bus eliphat
detraxerat:sermones ipsius iob sunt.sꝫ nō
sunt illi quos postillator notauit.naꝫ illos
iob nōdū protulerat. sed quos sctūs tho.
expressit.illi.s.quibus iob dixerat se inno-
centē vt flagellaret̄ ibi.nōne dissimulaui.
nōne silui. nōne q̄eui ⁊ venit sup me indi
gnatio.supra caplo.iij.vbi sctūs tho.inq̄t.
Si quis colligere velit q̄ in hac deplora-
tione iob dicta sunt:sciēdū est tria in ea cō
tineri. Primo eni ostēdit sibi vitā suaꝫ eē
tediosaꝫ. Secūdo magnitudinem miserie
quā patiebat̄.ibi anteqꝫ comedo suspiro.
Tertio ostēdit suā inocētiā ibi. Nōne dis
simulaui. Hec sctūs tho.ea igit̄ verba iob
sunt de q̄bus in cap.isto dicit. q̄re detraxi
stis sm̄ōib⁹ veritatis.quos magr̄ math.
inuenire nō poterat. ꝑut ex modo īterro-
gatiōis sue accipit̄.illis eni verbis iob:de
traxerat eliphas in cap.iiij.ibi. Recorda-
re obsecro te:q̄s vnqꝫ inocens perijt. ꝑut
etiam postillator exponit.

Circa capitulũ.xxiiij.

In capl'o.xxiiij.sup illud. necambulet p viam vinearũ. Burgẽn. põit expositionẽ sancti Tho. exponentis verba illa de peccatis ipiorũ.sed magister Mathias dicit expositionẽ postillatoris illa exponẽtis de pena reproborũ:esse magis consonã littere. Sed cũ id non pbet eadez facilitate qua dictũ est:pro nulla reputatur. vnũ tamen est ꝙ cũ sctũs Tho.exponit illa verba de peccatis impiorũ: nõ est expositio sũs aliena a penis reprobor in vita ista.de quibꝰ p p̃ie fiũt imprecationes seu maledictiones. Nam peccata: plerũqꝫ pene sunt precedẽtiũ peccator put sanctꝰ Tho. declarat prima secũde questione.lxxxvij.arti.ij.

Circa capl'm. xxxvj.

In caplo. xxxvj. qd dicitur in manibus abscõdit lucẽ. sanctꝰ Tho.exponit de luce spũali. Dicit tñ ꝙ illud. annũciat de ea amico suo. potest etiã exponi de corpali luce ſm opinionẽ platonicorũ. quorũ sententiam recitat de animarũ effluxu ab animabꝰ stellarũ ⁊ de earũ reditu ad siderum claritatez. Contra hãc sancti Tho. expositionẽ magister Mathias dicit. pmo ꝙ postillator cũ beato gregorio ⁊ glosa ordinaria legunnt illud. Immanibꝰ put est datiui casus nominis immania et hoc immane. Sed sanctus Tho.aliter, quia prout est ablatiuus nominis manꝰ cũ prepositione.in.quod sibi videt absqꝫ rõne factum. Secũdo q: expositionẽ secundã de luce corporali sup illud.annũciat ⁊c. pbat p quedã q̃ ſm fidẽ nr̃am falsa sunt ⁊ erronea.s.ꝙ anime deriuent a natura stellarũ ⁊ ad earũ claritatez recte viuẽdo reuertãtur.q̃ opinio fuit platonicorũ. Hec magr̃ Mathias. In quorũ pmo quod dicit postillatorẽ exponere illud Immanibus put est datiui casus.⁊ sanctum Tho. put est ablatiui casus:nescio vnde accepit. Nam sicut in verbis scti Tho.dicitur ad expositionẽ illꝰ particule in manibus.i. p sue virtutis opa vel ex potestate dei que in scripturis figurat per manũ: ita in verbis postillatoris dicit.i. p eius virtutez.s. dei q̃ similiter p manũ significari consueuit. Unde nõ minꝰ videt ex verbis postillatoris ꝙ in manibꝰ fuerit ablatiui casus q̃ ex v̾bis sancti Tho. necqꝫ magis ꝙ fuerit casus datiui;imo si bene põderent verba postillatoris simul cũ textu:satis apparet ꝙ postillator legerit. In manibꝰ: put est ablatiui casus. alias nõ consonaret expositio eius:textui. Dicit eniz in littera In manibus abscõdit lucez ⁊ precipit vt ⁊ rursus adueniat. Certũ est autẽ ꝙ aduerbiũ rursus: pprie denotat reiterationẽ respectu eius quod precessit. Unde si immanibus esset datiui casus:significaretur in littera ꝙ lux immanibꝰ idest superbis aut crudelibꝰ semel abscondita: rursus.i. iterũ ad eos rediret. nã respectu aliorum: nõ diceret rursus. Unde gregoriꝰ. xxvij. mora. quia legit immanibus datiui casus hijsdẽ.s.supbis exponit lucẽ spũalez q̃nqꝫ abscondi ⁊ rursus aduenire. Hoc aũt postillator nõ vult ex sua expositione. Nam dicit ꝙ lux grãe ⁊ glorie aliq̃bus abscondit vt reprobis:⁊ aliquibꝰ cõcedit vt electis. Itaqꝫ vult ꝙ nõ eisdẽ concedit a quibus abscõdit. Nõ ergo li.in manibus intellexit postillator esse datiui casus sed ablatiui. vt sit sensus. In manibꝰ.i.in v̾tute dei ⁊ dispositiõe. vt ipse exponit:abscõdit lux bonis ⁊ cõcedit malis. Ex quibꝰ etiã apparet ꝙ si sanctꝰ Tho.exposuit. In manibꝰ put est ablatiui casus nõis manꝰ:nõ id fecit sine rõne. Naz multũ cogit ad sic exponẽdũ aduerbiũ rursus put deductuz est. ⁊ tũ meliꝰ est exponere illud d̾ recessu ⁊ reditu lucis corporalis q̃ cõmuniter fit

oīb⁹ hoīb⁹ ꝑut ſcūs tho. expōit: q̄ȝ de re-
ceſſu lucis reſpcū quorūdā ⁊ reditu ei⁹ reſ
pcū alioꝝ ſic poſtillator expōit. ⁊ hoc ꝓp
ter aduerbiū rurſus. ¶ Illud vero qđ ſe-
cūdo obijcit mgr̄ math. cōtra expōem ſecū
dā ſcti tho. d̓ luce corporali: certe nō aliud
oñdit q̄ȝ ꝙ ipſe mgr̄ malo cōtra ſanctum
tho. moueat affcū. ita vt nō erubeſcat etiā
in quibus ſctūs tho. ſꝫm alioꝝ opiniōem
aperte ꝓcedit: calūnioſas ſibi rōes obijce
re. ¶ Cū. n. ſctūs tho. ſecūdā expoſitionē de
luce corporali probet per dicta p̄lonicorū
q̄ ipſe in q̄ȝ plrib⁹ ſue ſcripture locis cōdē-
nat: q̄s niſi aut maliuol⁹ aut penit⁹ igno-
rās nō cognoſcat ꝙ eā expōem det ꝑſup-
poſita falſa ſententia helíu quā cōem cū
platonicis hēret de ſiarū ꝯfluxu ab aīab⁹
ſtellarū. Vñ ſcūs tho. nō dicit abſolute ꝙ
illa verba helíu: de luce corpali debeāt ex
pōi. ſꝫ ꝙ ſic pñt exponi. ſ. ꝑſuppoſito ꝙ he
líu falſam p̄lonicoꝝ opinionē de ortu aīa-
rū teneret. Alteꝝ ita nō declarat ſctūs tho.
per ea q̄ fides catholica dānat: illa q̄ in ſa-
cra ſcriptura cōtinent̄ tāq̄ȝ in ſe ⁊ abſolu-
te vera. ſed ea q̄ in ſcriptura ſacra hñt̄ di
cta ſꝫm falſam quorūdā ⁊ erroneā opinio
nē. Talia eni falſa ⁊ erronea ſcripturarū
cōmentatores nō verent̄ per alia erronea
dcā expōer̄. imo recte fit. nā ⁊ ſi ſic ꝓcedat̄
ex falſis: ꝓceditur tn̄ ex cōceſſis. Nō eni
verit⁹ eſt poſtillator ſupra ca. iij. ꝑ falſa ⁊
erronea dicta amicoꝝ iob ſꝫm ſuā expōem
ꝓbare ea q̄ d̓ maledictōe vite iob ⁊ natiui
tatis ī ca. i. cōtinēt̄. q2. ſ. ꝑſuppōit ipe ꝙ tex
t⁹ ibi loqnat̄ ſꝫm eoꝝ falſaȝ ſniaȝ quās hūe
rāt d̓ punitiōe ⁊ remūeratiōe hoīm a deo.

¶ Circa librū Pſalmorū in prologo.

In ꝓlogo ſup librū pſal. poſtillator mouet queſtio-
nē de cōparatiōe dauid ad alios prophetas. In cuius
proſecutōe cōmemorat qđ ſctūs tho. ſcripſit ſcđa ſecūde. q. clxxiiij. ar.
iiij. vbi diſputās de cōparatiōe ꝓphetaꝝ
ad inuicē. dicit ꝙ ⁊ ſi dauid q̄ȝtū ad aliqđ
fuerit excellētior ꝓpheta moyſe in eo ſcȝ ꝙ
plenius cognouit et expreſſit miſteria īcar
nationis xpi: ſimplr̄ tn̄ loquēdo de ꝓphe
tia: moyſes fuit excellētior illo ⁊ ceteris ꝓ
phetis veteris teſtamēti. ¶ Primo q̄ȝtū
ad viſionē intellectualē. eo ꝙ vidit ipſam
dei eſſentiā ſicut paulus ī raptu. Secūdo
ex pte denūciatōis: q2 moyſes denūciauit
ꝓphetiā ſuā toti pp̄lo fideliū ex perſona
dei q̄ſi legē ꝓponēs. nō ſic aūt dauid nec
ceteri ꝓphete. Tertio q̄ȝtū ad operatōeȝ
miraculoꝝ q̄bus ꝓphetia confirmat̄. qm̄
maiora ſigna fecit moyſes toti pp̄lo: q̄ȝ da
uid ⁊ alij ꝓphete. Hec. ſ. tho. ¶ Sȝ. q̄c-
q̄d ſit de cōcluſione inq̄t poſtillator. rōes
inducte nō videt̄ valere ad ꝓpoſitū. Nō
prima q2 claritas cognitionis actū ꝓphe
tādi excludēs: nō pōt cōſtituere excellētio-
rē gradū ꝓphetie. Nam ſic idē cōſtitue-
ret et excluderet. Sȝ viſio diuine eēntie ex-
cludit actuȝ ꝓphetādi ſicut ⁊ actū fidei q2
vterq̄ȝ eſt enigmaticus ergo ⁊c. ¶ Prete-
rea ſi ꝑdicta rō valeret dicit ipſe: ſequit̄ ꝙ
moyſes fuerit excellētior oībus apl̄is pre-
ter paulū q̄bus nō eſt cōceſſuȝ videre diui
nā eſſentiam in vita pñti. qđ tn̄ ſctūs tho.
negat ī loco ꝑallegato. ¶ Nec ſecūda rō
videt̄ valere. q2 denūciatio ꝓphetie ē ali-
quid ſequens ꝓpheticā cognitōem. ideo
nō videt̄ variare graduȝ ꝓphetie ex hoc
ꝙ plibus vl̄ paucioribus denūciat̄. ¶ Et
eadē rōe dicit ipe: tertia rō ſcti tho. nō va-
let q2 cōfirmatio ꝑ ſignū: ſequit̄ ꝓphetiā.
vñ ⁊ ioānes baptiſta nullū ſignū fecit vt
dicit̄ io. x. ⁊ tn̄. S. tho. cōcedit ꝙ fuerit ma
ior ꝓpheta ipō moyſe. Vñ cōcludit poſtil
lator ꝙ ꝓbabilr̄ pōt dici ꝙ dauid fuerit
excellētior ꝓphets moyſe. ad qđ cōfirmā
dū arguit triplr̄. ¶ Primo q2 licet moyſes
quēadmodū ⁊ dauid acceperit veritatem
ſupnaturalē abſq̄ȝ q̄buſcunq̄ȝ figuris ⁊c.

signis sensibilibus: nõ tñ totiẽs nec ita cõmuniter habuit tales illustrationes sicut dauid. ¶ Secũdo q2 ꝑut sanctus tho. dicit dauid plenius ⁊ clarius expressit misteria xp̄i q̄ȝ moyses. sed lex vetus ⁊ ꝓphete ordinabant̃ ad xp̄m sicut ad finem. q2 vt ap̄ls dicit gal'. iij. lex pedagog⁹ noster fuit in xp̄o. ergo dauid excellẽtior ꝓpheta fuit q̄ȝ moyses. cũ finis sit nobilior his que sũt ad finẽ. Uidetur eni ꝓphetia dauid q̄dã habere excellẽtiã ex hoc ꝙ xp̄i misteria sic expressit. ¶ Tertio q2 beat⁹ grego. expresse dicit ꝙ dauid clariorẽ cognitionem q̄ȝ moyses habuit homel'. iiij. sup ezechielẽ. Hec postillator in sententia cõtra sanctũ tho. ¶ In quoȝ absolutionẽ ⁊ si burgeñ. multa dixerit: non tñ reuera mentẽ sancti tho. sicut neqȝ postillator aduersarius ei⁹ cõcepit. Non enim fuit mẽs scti thome in questione proposita: ex clara visione diuine eẽntie quã habuit moyses: ꝓbare prophetiã moysi fuisse excellẽtiorẽ aut perfectiorẽ ꝓphetia dauid: sumẽdo ꝓphetiam ſm propriam ⁊ formalẽ eius rationẽ. Nã ꝙ ꝓphetia ſm formalẽ rationẽ dicat enigmaticã cognitionẽ ſm aliquẽ modũ. ⁊ ꝙ clara visio diuine essentie vt sic rationẽ ꝓpriã excedat ꝓphetie: expresse docuit sanctus tho. secũda secũde. q. clxxiij. ar. j. ⁊ q. clxxiiij. arti. v. ⁊ in de veritate. q. xij. ar. vij. ⁊. xij. ⁊ in pluribus alijs locis. Sed mens eius fuit dicere ꝙ q2 moyses vidit diuinã essentiã: excellẽtior ꝓpheta fuit q̄ȝ dauid q̄ȝtum ad rationẽ generis prophetie: qd̄ ẽ cognitio idest ꝙ fuerit excellẽtior cognitio moysi cognitione dauid: q̄ȝuis ꝓpter diuine essentie clarã visionẽ: cognitio illa moysi min⁹ proprie dicat̃ ꝓphetia. Et ꝙ ista distinctio de ratione prophetie generica ⁊ specifica fuerit de mẽte sancti tho. patet expresse in. q. de veritate. q. xij. ar. xij. in corpore questionis vbi sic dicit. Respondeo dicẽdũ ꝙ cuȝ natura speciei cõsistat ex natura generis ⁊ natura differẽtie: ex vtraqȝ dignitas speciei põt pẽsari. ⁊ ſm has duas cõsideratiões inueniũtur aliqua se inuicẽ in dignitate excedere. quãdoqȝ ⁊ quãtuȝ ꝑtinet ad rationẽ speciei: semper illud participat ꝑfectius speciei rationẽ: in quo differẽtia formaliter speciẽ constituens: nobilius inuenitur. sed simpliciter loquendo quãdoqȝ est nobilius id in quo natura generis ẽ ꝑfectior. quãdoqȝ vero id in quo ẽ perfectius natura differẽtie. Cũ eni natura differẽtie addit aliquã ꝑfectionẽ supra generis naturam: preeminẽtia q̄ est ex parte differẽtie: facit aliq̄d esse simpliciter nobilius: sicut in specie hominis q̄ est aĩal rationale simpliciter est dignior ille q̄ est potior in rationalitate q̄ȝ qui est potior ĩ his q̄ ad rationẽ aĩalis spectãt. vt pote sensus ⁊ motus ⁊ alia hmõi. Quãdo vero differẽtia aliq̄ imperfectionẽ importat: tũc id ĩ quo est cõpletius natura generis: est simpliciter nobilius. vt patet in fide q̄ est cognitio enigmatica coꝝ. s. q̄ nõ videtur. qui eni habũdat in natura generis ⁊ deficit in fidei differẽtia vt pote fidelis qui iam percipit aliquẽ intellectũ credibiliũ ⁊ quodã mõ iam ea videt: habet simpliciter nobiliorẽ fidẽ eo qui minus cognoscit. ⁊ tñ q̄ȝtũ ad rationẽ fidei pertinet: magis ꝓprie habet fidẽ ille q̄ oĩno non videt illa q̄ credit. ⁊ sic etiã est in ꝓphetia. Prophetia. n. videt̃ esse quedã cognitio obũbrata ⁊ obscuritati admixta ſm id qd̄ habet̃. ij. Pe. j. Habetis firmiorẽ ꝓpheticũ sermonẽ. ⁊c̄. Hec sctũs tho. Et concludit ꝙ si cõparemus ꝓphetias q̄ȝtũ ad differẽtiã q̄ rationẽ ꝓphetie cõplet: illa inuenitur ꝑfectionẽ ꝓphetie habere ⁊ magis proprie: cui imaginaris visio admiscetur. Sic. n. veritas ꝓphetice cognitio obũbratur. Si aũt cõparem⁹ ꝓphetias ſm id ꝙ ꝑtinet ad naturã generis. s. cognitionẽ vel visionẽ: cõcludit. S. tho. ꝙ illa prophetia est perfectior ⁊ dignior q̄ habet iudiciũ ⁊ acceptionem supernaturalẽ ſm visionẽ intellectualem

fine imaginaria visione. cui cõclusioni cõsonat qđ dicit secũda.ij.q.clxxiiij.ar.ij. Inquit.n. dignitas eorũ q̃ sunt ad finẽ: pꝛecipue cõsiderat ex fine. finis aũt ꝓphetie ẽ manifestatio alicui⁹ veritatis supra hoiem existẽtia. Unñ q̃ãto huiusmodi manifestatio ẽ potioꝛ: tãto ꝓphetia ẽ dignioꝛ. Manifestũ ẽ aũt q manifestatio diuine veritatis q̃ fit per nudã cõtẽplationẽ ipsius veritatis: potioꝛ est illa q̃ fit sub similitudine corporaliũ rerũ. magis.n. appꝛopiquat ad visionẽ patrie ſm quã i eẽntia dei veritas cõspicit. Et inde ẽ q ꝓphetia p quã aliq̃ supernaturalia veritas cõspicit ſm itellectualẽ visionẽ: ẽ dignioꝛ q̃ illa in qua veritas supernaturalia manifestat p similitudinẽ coꝛporaliũ rerũ ſm imaginariã visionez. Hec. S. tho. Ex quib⁹ liq̃de apparet q aliqs dici põt excellẽtioꝛ ꝓpheta alteroꝛ q̃ tñ min⁹ ꝓpꝛie & nõ ſm formalẽ rationẽ recipit denominatiuã pꝛedicationẽ ꝓphetie. & i hoc sensu accipiẽda sunt verba scti tho. in loco p̃allegato d̃ cõparatione moysi ad alios ꝓphetas cũ dixit q moyses ea ratione fuit excellẽtioꝛ ceteris ꝓphetis veteris testamẽti: qꝛ vidit ipsam dei essentiã. Nõ.n. intellexit q ab illa clara visiõe denominaret moyses ꝓpheta magis ꝓpꝛie & formaliter q̃ dauid & ceteri. sed q excellẽtioꝛ esset ꝓpheta. s. q̃ãtũ ad naturã generis. i. dignioꝛ & pfectioꝛ cognoscẽs aut vidẽs. eo q in ꝓphetia et fide & similibus q̃ ex sua differẽtia specifica dicũt impfectionẽ: tota dignitas & ꝑeminẽtia accipit simpliciter loquẽdo: a natura generis put supꝛa deductũ est. Nõ eni ex eodẽ est q aliquis denominet ꝓpꝛie & formaliter ꝓpheta: & excellẽtioꝛ ꝓpheta. Unñ sctũs tho. secũda.ij.q. supꝛa allegata. clxxiiij.ar.ij. ad iij. sic dicit. Ad tertiũ dicẽdũ q nihil ꝓhibet aliq̃d esse simpliciter melius: qđ tñ minus ꝓpꝛie recipit alicuius p̃dicationẽ. sicut cognitio patrie ẽ nobilioꝛ q̃ cognitio vie q̃ tñ magis ꝓpꝛie dicit fides: eo q nomẽ fidei ĩpoꝛtat impfectionẽ cognitionis. Similiter aũt ꝓphetia ĩpoꝛtat quãdã remotionẽ & obscuritatẽ ab intelligibili veritate. & ideo magis ꝓpꝛie dicunt ꝓphete: q̃ vidẽt p imaginariã visionem q̃uis illa ꝓphetia sit nobilioꝛ: q̃ est per intellectualẽ visionẽ. dũ tñ sit eadẽ veritas vtrobiq̃ reuelata. Hec sctũs tho. in forma. ¶ Et si cõtra hoc instet q pari rõne bti in patria existẽtes potuerũt denomiari excellentioꝛes ꝓphete. i. pfecti⁹ vidẽtes & cognoscentes: rñdet sanctus Tho. ar. v. q. supꝛa notate. clxxiiij. vbi arguit sic p̃mo loco. moyses vidit diuinã essentiaz q̃ tñ ꝓpheta dr̃. ergo pari rõne bti possunt dici ꝓphete. ecce argumẽtũ. Sequit rñsio. Ad p̃mũ dicẽduz q visio illa moysi: fuit rapti p modũ passionis. nõ aũt pmanẽs p modũ btitudinis. Unñ adhuc vidẽs erat ꝓcul. ꝓpter hoc nõ totaliter talis visio amittit rõnẽ ꝓphetie. Hec. s. tho. ¶ Ex q̃ solutione duo capiũt. Unũ est q ſm intẽtionẽ scti Tho. i illa visione clara diuine essẽtie ꝓpter quã moyses dr̃ excellẽtioꝛ ꝓpheta ceteris: modicũ fuit d̃ rõne ꝓpꝛia & formali ꝓphetie. Patet hoc cũ dicat q talis visio nõ totalr amisit rõnez ꝓphetie q̃si signãs q multum d̃ formali rõne ꝓphetie amiserit. qđ facit ad ea q̃ supꝛa dicta sũt fuisse d̃ mẽte. s. Tho. ¶ Aliud qđ sequit ex p̃dicta solutione est q act⁹ visionis clare diuĩe essẽtie nõ oĩno ꝓhibet: qui sic vidẽs possit dici ꝓpheta si viatoꝛ sit. Et hui⁹ rõ ẽ. qm̃ & si vidẽs i illo actu vidẽdi nõ sit ꝓcul ab eterna veritate i seipa: ẽ tñ ꝓcul ſm statũ suũ. cũ nõdũ puenerit ad vltimã pfectionẽ & cõiunctionẽ ad deũ. Unñ apl's. ij. cori. v. q̃diu in corpe sum⁹: peregriamur a dño. Est etiã sic vidẽs ꝓcul a cõmuni hoim sensu cũ q̃bus cõuersat q̃ distãtia consequit ꝓphetiã tã intrĩsece & de p se: q illa sola sufficit ad hoc q supnaturaliter vidẽs denominetur ꝓpheta. Unñ sctũs Tho. iij. pte. q. v. arti. viij. arguit sic secundo loco. Sicut fi-

des est eoꝝ q̄ non vident ⁊ spes eoꝝ q̄ nō
habent: ita ꝓphetia est eoꝝ q̄ nō sunt p̄-
sentia. sꝫ distāt. Nam ꝓpheta dr̄ q̄si pro-
cul fans. sed in xp̄o nō ponit fides nec spes
vt supra dictū ē: ergo ꝓphetia non debet
poni i xp̄o. ecce argumētū. Sequit rn̄sio.
Ad secūdū dicēdū ꝙ fides ē eoꝝ q̄ non vi
dent ab ip̄o credēte. ⁊ similiter spes ē eoꝝ
q̄ nō habent ab ipso sperāte. sed ꝓphetia
est eorum q̄ sunt ꝓcul a cōmuni hominuꝫ
sensu cū quibus ꝓpheta cōuersat ⁊ cōmu
nicat in statu vite. ⁊ ideo fides ⁊ spes repu
gnāt ꝑfectioni beatitudinis xp̄i. nō aūt ꝓ
phetia. Hec sctūs Tho. ¶ Ex his rn̄det
ꝑ ordinē ad argumēta postillatoris cōtra
rōnes scti Tho. Ad primū dr̄ ꝙ maior ē
vera de illa claritate cognitionis q̄ simpli
citer excludit actū ꝓphetādi. sed minor ē
falsa in ꝓposito nr̄o. nā visio diuine essen
tie qualē habuit moyses: nō excludit actū
prophetādi simpliciter sicut supra decla-
ratū est. tum q2 fuit raptim ⁊ ꝑ modū pas
sionis. tū etiā quia fuit viatoris ꝓcul exi-
stētis ab eterna veritate ſm statum suum.
imo talis visionis claritas cōstituit excel-
lentiorē gradū ꝓphetie q̄ꝫtum ad rōnem
generis ipsi⁹ ꝓphetie. de quo modo excel
lentie sanct⁹ Tho. intellexit sicut supra sa
tis deductū est. ¶ Ad secundū negat con
sequētia. Naꝫ ⁊ si alij apostoli xp̄i preter
paulū nō habuerint in hac vita clarā di-
uine essentie visionē: omnes tn̄ habuerūt
ꝑ doctrinā xp̄i ⁊ reuelationeꝫ spūs sancti
pleniorē noticiā de mysterijs fidei ⁊ rebus
diuinis q̄ꝫ moyses ⁊ ceteri ꝓphete veteris
testamēti. Post aduētuꝫ eni xp̄i maior fu
it plenitudo grārum q̄ꝫ ante. q2 grā ⁊ ve-
ritas ꝑ iesum xp̄m facta est. Ioā. j. Unde
Mat. xiij. dn̄s dixit aplīs. vobis datū est
nosse mysteriū regni celoꝝ. ⁊ infra. Mul
ti ꝓphete ⁊ iusti cupierūt videre q̄ vide-
tis ⁊ non viderūt ⁊ audire q̄ audiris ⁊ nō
audierūt. quod exponēs Hylari⁹ ait. apo
stolici tēpoꝛis beatitudinē docet quorum

oculis atq3 auribus cōtingit dei salutare
videre ⁊ audire: ꝓphetis atq3 iustis cupi-
entibus videre ⁊ audire in plenitudine tē-
porū destinatū. Et inde est q̄ḋ apl̄s dice-
bat Ephe. iij. alijs generationibus nō est
agnitum filijs hominū. sicuti nunc reuela
tum est sanctis apostolis eius ⁊ ꝓphetis
in spiritu. ⁊ Ro. viij. de se ⁊ alijs aplīs di-
cit. sed ⁊ nos p̄mitias spūs habētes. i. ꝑfe-
ctionē spūaliuꝫ grārum. Quare btūs gre
gorius dicit ꝙ ſm incrementa tēpoꝝ: cre-
uit sciētia sctōꝝ patrum. ⁊ q̄ꝫto viciniores
aduētui saluatoris fuerūt: tanto sacramē-
ta salutis pleni⁹ perceperunt. Nec3 visio
clara diuine essentie quaꝫ habuit raptim
moyses: arguit efficaciter ꝙ in eo fuerit ex
celentior cognitio ꝓphetica q̄ꝫ in aposto-
stolis. aut ꝙ plura de diuinis mysterijs in
ea cognouerit. quoniā vidētes diuinā es-
sentiā etiam beati: nō omnia vident in ea.
quanto igit paucioꝛa videbūt qui quodā
priuilegio ad talē visionē eleuant dū hac
vita mortali viuūt? Et est specialis ratio
de moysi. quia vt doctores cōmuniter di-
cunt sequentes augustinū. moyses adhuc
viuēs ad visionē diuine essentie admissus
fuit: eo quia doctor erat ⁊ magister iudeo-
rū. Unde tantū de reb⁹ ꝓphetādis sibi i
ea visione ostēsa vident fuisse: q̄ꝫtū opor-
tebat ꝓ tēpore illo populo iudeoꝝ tradi.
Nam fidei doctorib⁹ datur manifestatio
spūs ad vtilitatē ꝓut dicit p̄ma Corin.
xij. Unde satis videt dicendū ꝙ paulus i
raptu vides diuinā essentiā: plura viderit
in ea de mysterijs fidei ⁊ clariorē habue-
rit cognitionē de eis: q̄ꝫ moyses q̄si habu-
it similem diuine essentie visionē. quia tē-
pore plenitudinis gratie habuit illam vi-
sionē paulus. Non enim tēpus post aduē
tum xp̄i appelatur tempus gratie reuela-
te: nisi quia in eo copiosior facta est reue-
latio mysteriorum gratie. Unde nulli pa-
tri veteris testamenti nec etiam moysi tot
⁊ tā explicite mysteria fidei reuelata sunt.

prout pulcre deducit sctūs Tho. secunda
secunde.q.j.arti.vij.et.q.clxxiij. arti.vlti.
vbi dicit ꝙ moyses plenꝰ fuit instructus
de simplicitate diuine essentie ꝗ̃ alij pſes
veteris testamēti. Sed postmodū tēpore
grē ab ipso filio dei reuelatum est myste-
rium trinitatis. Idem expresse dicit euse
bius exponēs illud luce.viij.exijt qui semi
nat ⁊c̄. Inquit enī moyses etiā ⁊ ꝓphete
post eum nō inseruerūt hominibꝰ regna
celoꝝ.sed retrahēdo insipientes ab errore
neq̈cie ⁊ ydoloꝝ cultu: quasi colebant ani
mas hominū ⁊ noualia redigebant.solus
autē omniū sator verbū dei exiuit euange
lizaturꝰ noua semina.s.mysteria regni ce
loꝝ. Hec ille. ¶ Ad argumēta contra se-
cundā ⁊ tertiam rōnem sancti Tho. dicit
ꝙ non aliud ꝓbant nisi ꝙ gradꝰ essentia-
les ꝓphetie nō variant̃ ſm diuersū mo-
dum enunciationis aut cōfirmationis per
miracula.sed nō obstāt quin ex earum di-
uersitate: accipiant̃ diuersi gradus digni-
tatis ⁊ pfectionis ꝓphetie tanq̈ ex q̈bus-
dam sibi accidētibus. Nā neq̈ in rebꝰ na
turalibus tota pulcritudo perfectionis q̄
debetur rei: est sibi a forma substantiali q̄
dat speciem.sed multū superaddit̃ ex acci
dentibus superuenientibus.sicut in homi
ne ex figura ⁊ colore ⁊ alijs quorum si ali
quod desit: contingit malū ⁊ defectꝰ.neq̈
etiam in actionibus tota plenitudo perfe-
ctionis ⁊ bonitatis cōsistit in earū specie
que sumit̃ ex obiecto. sed aliquid additur
ex his que adueniūt tanq̈ accidētia q̄ cir-
cunstāne dicunt̃. Unde si aliquid desit qđ
requiratur ad debitas circūstantias: seq̄-
tur actio mala ⁊ deficiēs. ¶ Quod autem
magister Mathias in fauorem postilla-
toris addit.s.ꝙ gradus rei est ipsi rei mo-
dus intrinsecus qui per nihil extrinsecum
potest variari: nullā addit difficultatem.
sed est eiusdem inutilis repetitio. Unde di
citur ꝙ veritatem habet ď gradu rei essen
tiali ⁊ specifico.quem gradū sanctꝰ Tho.

dixit variari ſm maiorem ⁊ perfectiorem
illustrationem luminis prophetici. Sed
gradus accidētales non sunt ipsi essentie
intrinseci.quare ⁊ a causa extrinseca essen
tie rei: cōsequi ⁊ variari possunt. Et si di-
cat̃ ꝙ gradus rei ⁊ si sit modus extrinsecꝰ
essentie saltem est ipsi rei intrinsecus.i. in-
herens: nō obstat quia etiam si denuncia-
tio ⁊ confirmatio per miracula sint extrin
seca prophetie: ordo tamen prophetie ⁊ re
latio ad ea sicut ad finem: est quid inherēs
prophetie ⁊ intrinsecum q̈uis nō de eius
essentia ⁊ ex illo ordine diuerso: variatur
gradus qui est modus intrinsecus ꝓphe-
tie. Et est simile quod sctūs Tho. dicit in
alio ꝓposito prima secunde.q.xviij. arti.
iiij.arguit enim sic secundo loco. Bonitas
actus est aliquid in ipso existens.finis au-
tem est causa extrinseca.non ergo ſm finē
dicit̃ actio bona vel mala. Ecce argumen
tum. Sequitur responsio. ¶ Ad secundū
dicendum ꝙ q̈uis finis sit causa extrinse-
ca: tamen debita ꝓportio ad finem ⁊ rela
tio in ipsum: inheret actioni. Hec sanctus
Thomas. ¶ Quod autem vlterius dicit
magister Mathias ꝙ denunciatio pro-
phetie vni vel pluribus non solum est ac-
cidens extrinsecum sed accidens per acci-
dens: falsum est. nam causa per accidens
est prout dicitur secundo phisicorum ad
quam effectus qui sequitur nullum ha-
bet ordinem. Sed prophetia: ad denun-
ciationem ordinatur tanq̈ ad quendam
finem secundum illud prima Corinthio-
rum.xij. vnicuiq̈ datur manifestatio spi-
ritus ad vtilitatem. ⁊ infra.xiiij. qui pro-
phetat: hominibꝰ loquitur ad edificatio-
nē ⁊ exhortationem ⁊ cōsolationē. ¶ Un-
de ⁊ Isidorꝰ dicit libro.vij.ethimologia-
rum capitulo.viij.ꝙ ꝓphete dicuntur q̄-
si prefatores. eo ꝙ porro idest a remotis
fantur ⁊ de futuris vera predicunt. Cum
ergo ordinetur ꝓphetia ad denunciatio-
nem ⁊ vtilitatē: sequitur ꝙ dignior sit il-

la que ad vtilitatem pluriū pluribus denunciatꝛ. q̄m ꝑm dionisiū ⁊ philosophuꝫ. bonū tanto diuinius est: q̄nto cōmunius. ¶ Similiter ⁊ ad id ꝙ addit magr̄ Mathias de confirmatione que est ꝑ miracula: dicitꝛ ꝙ q̄uis facere miracula sit accidēs extrinsecum nō sequens de necessitate spiritum ꝓpheticū. tamē q᷑ ordinatꝛ ad prophetie cōfirmationē ꝑm illud Mar. vltimo. sermonē cōfirmāte sequentibꝰ signis: multū confert ad eius dignitatē. ac ꝑ hoc ꝑfectio ⁊ excellētia ꝓphetie merito variatur ꝑm diuersum modum ⁊ genus miraculorum. Dictum est enim ꝙ ex accidentibus que etiam extrinseca rei sunt: aliquid dignitatis ipsi a rebꝰ accedit. Unde ad excellentiam prophetie moysi inducuntur Deutro. vlti. miracula que per eum facta sunt. dicitur enim nō surrexit propheta vltra in israel quē nosset dominꝰ facie ad faciem in omnibꝰ signis atq̄ portentis. Et inde est ꝙ ꝓphetare: nonnunq̄ in sacra scriptura pro operatione miraculoruꝫ accipitur: eo ꝙ miraculorum operatio argumentuꝫ ⁊ confirmatio est prophetie. dicitꝛ enī Ecclesiasꝛ. xlviij. ꝙ corpus helisei mortuuꝫ ꝓphetauit. i. miracula fecit. ¶ Illud autem quod postillator obijcit de Joāne baptista ꝙ scilicet nullum signum fecit cū tamē ponatꝛ a sancto Tho. excellentior ꝓpheta moyse ⁊ ceteris veteris testamenti bene probat ꝙ nō habuerit eiꝰ ꝓphetia illam perfectionem que accrescit prophetie ex confirmatione miraculorum. excelluit tamen prophetas veteris testamenti in alijs duobus. s. in cognitione quam habuit expressiorem ⁊ perfectiorem ⁊ denūciationem digniorem. ipse enim xp̄m filium dei ⁊ mundi saluatorem cognouit explicite non solum in spiritu: sed presentialiter. vnde dixit. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Joā. ꝑmo. ⁊ infra. et ego vidi ⁊ testimonium perhibui quia hic ē filius dei. Item missus est precursor ⁊ denūciator aduentus xp̄i toti populo iudeoruꝫ quibus preparauit viam. nec a lōge vt ceteri prophete prenunciauit: sed quē denūciabat digito demonstrauit ꝑm illud. et tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis preibis enim ante faciē dn̄i parare vias eius. Luce ꝑmo. vbi dicit Crisosto. Alij enim ꝓphete eminus xp̄i mysterium predicauerunt. Hic vero ꝓpius predicauit vt euꝫ ceteris indicaret. Et q̄tum ad hec duo ponitur a sancto Tho. ioannes baptista excellentior antiquis ꝓphetis. non q̄tuꝫ ad miraculorum confirmationem. Non eniꝫ est necesse ꝙ qui excellētior dicitur ꝓpheta: in omnibus que ad ꝓphetiam cōcurrūt precellat. ¶ Ad ea que postillator adducit ꝑ confirmatione sue opinionis. Ad primū respōdet Burgeñ. ⁊ bene ꝙ dictuꝫ postillatoris nullū habet fundamentū ex sacra scriptura neq̄ aliquam auctoritatē ipse allegat id ꝓbantem. vnde nec cogit. sed neq̄ magister Mathias propugnator eius id ratione aliqua vel auctoritate ꝓbauit. q̄re responsione non eget. ¶ Ad secundum ipse sanctꝰ Tho. respondet in preannotata questione. clxxiiij. ⁊ arti. iiij. Ad primū. Concedit enim ꝙ prophetia dauid excellentior fuit q̄ ꝓphetia moysi q̄tum ad hoc ꝙ dauid plenius cognouit ⁊ magis expressit mysteria incarnationis xp̄i. Sed excellentia ista est ꝑm vnum aliquid. moyses vero habuit excellētiā q̄tū ad plura ⁊ potiora vt ibi deducitur. Unde merito dicitur moyses ꝓpheta excellentior simpliciter. dauid autem secundū q̄d. Sed magister Mathias in fauoreꝫ postillatoris probat ꝙ dauid fuerit excellentior ꝓpheta simpliciter ex eo quia excelluit secundū aliquid intrinsecuꝫ ꝓphetie. s. secundū cognitionem. quod reuera nō est satis erudite dictum. Non eniꝫ q̄ in vniꝰ rei particularis cognitione prestantior ē: dicitur in mentis acumine aut in sciētie habitu excellere simpliciter alteruꝫ qui i plu-

rium cognitione rerum dificilium ⁊ in doctrina ⁊ in ceteris que ad habitū scientie ⁊ ingenij nobilitatem faciunt: doctior ⁊ subtilior inuenit̃ etiam si cognitio illius rei sit aliquid de his que intrīsece ꝓbant ⁊ sciētiam habitualem esse in aliquo ⁊ mentis perspicacitatem. Nec enim dicim⁹ ptholomeū ipso aristotele doctiorem fuisse simpliciter ꝓpterea ꝙ de motu orbium ⁊ planetarū ac eorū situ plura ⁊ docuit ⁊ cognouit. Unde in ꝓposito nr̃o ⁊ si dauid excellentior dicat̃ ipso moyse q̄ztum ad aliquid ꝓphetie intrinsecum: non ideo dicet̃ excellentior illo simpliciter cū ille in q̄zplurimis ⁊ in eo ꝙ potius est ipsum precellat. sed dicetur excellentior ꝓpheta ſm quid. non idest ꝑ accidēs. sed .i. secūdū aliq̄d particulare. ¶ Ad auctoritatē Gregorij quā vltimo inducit postillator respōdet Burgensis ⁊ bene. ꝙ intelligenda est q̄ztuz ad cognitionem mysteriorū xp̄i quā habuit clariorē ⁊ expressius tradidit q̄z moyses. ⁊ q̄ztum ad hoc excellentior dicitur ꝓpheta. ⁊ sumit̃ responsio ista ex his q̄ sanctus Thomas scripsit exponens aliam Gregorij auctoritatem huic similē. In de veritate. q. xij. articulo vltimo. Ad primuz.

¶ Circa psalmum .l.

Circa .ps. quinquagesimuz Burgen̄. in prima additione sequēs doctrinam sancti Tho. ꝑma secunde. q. cxiij. dixit ꝙ iustificatio ꝑ grām: est causa remissionis culpe. Iteȝ ꝙ si gratie infusio ⁊ remissio culpe considerentur q̄ztum ad substantiam actua: idem sunt. quia eodem actu deus largitur gratiam ⁊ remittit culpam. sed si considerent̃ ex parte obiectorum: sic differunt ſm differētiaz culpe que tollitur: ⁊ gratie que infundit. ¶ Harum assertionum prime: magr̃ mathi. obsistit dicens ꝙ de cōmuni lege ꝑor est remissio culpe q̄z iustificatio. nā ⁊ vulgo dicitur ꝙ expulsio vitij virtutis meret̃ ingressum. nullum autem posterius ē causa prioris vt hic. Secundam improbat ꝑ hoc quia stat ꝙ detur gratia ⁊ non remittatur culpa sicut in beate virginis cōceptione. In quo magister Mathias ipsum etiam postillatorē cuius se defensorem ꝓclamat: aperto ore impugnat. In principio enim huius psal. postillator idem esse dicit ſm rem duo ista. s. remissionem culpe ⁊ gratie restitutionē sola ratione differre. ¶ Sed certe has magistri Mathie obiectiones non erit difficile soluere. Et ad ꝑmam negatur assumptū. s. ꝙ de lege communi prior sit remissio culpe q̄z iustificatio loquendo ꝺ prioritate simpliciter. ⁊ ad dictum vulgare respondet sanctus Tho. iiij. libro sentētiarū disti. xvij. q. j. arti. iiij. sub arti. ꝑmo in pede questionis dicēs ꝙ extirpatio vitiorū dicitur operari virtutis ingressum ꝑ moduz cause materialis: ſm quē ordinē ꝑor est naturaliter remissio culpe q̄z iustificatio ꝑ gratiā quia ē quedam dispositio materialis ad eam. sed ꝑ modū cause efficientis formalis ⁊ finalis: infusio gratie aut iustificatio ꝑ gratiā: ꝑor est naturaliter q̄z remissio culpe. ⁊ quia talis ꝑoritas ē secūdū plura ⁊ potiora genera causarū: dicit̃ infusio gratie prior simpliciter ipsa culpe remissione. ⁊ per consequēs ei⁹ causa simpliciter loquēdo. Eandē doctrinam tradit ꝑma secunde. q. cxiij. arti. viij. ⁊ in ꝺ veritate. q. xxviij. arti. vij. ¶ Ad obiectionē eius cōtra secūdū dictuz scti tho. respondet̃ ꝙ quicq̄d sit de veritate casus dati: non est tamen ad ꝓpositū. quia sanctus Tho. in questione allegata ꝑ Burgensem loquitur de iustificatione ꝑ gratiā que importat transmutationez quandam de statu iniustitie ad statum iustitie: vt de iustificatione impij. sicut ipsi premittit in articulo primo eiusdē questionis. in qua iustificatione semper verū est ꝙ gratia remittit culpam. De doctrina autem

scole fratrum minorum circa conceptionē beate virginis quam magister Mathias allegat: non est presentis propositi disputare.

¶ Circa psalmū. lxviij.

Supra psalmuz. lxviij. burgensis volens assignare rationes quibus christus orare disposuit: inducit verbuz xpi Joānis. xj. dicentis. ꝓpter populum qui circumstat dixi vt credāt quia tu me misisti. quod dicit intelligēduz esse etiam secundum deitatem. Ad quod allegat sanctuz Tho. iij. parte questione xxj. articulo primo. ¶ Sed magister mathias sitiens contra sanctum Thomaz calūnias vtcūqꝫ suscitare: commemorat dicta Burgeñ. firmans eum iuxta intentionem sancti Thome fuisse locutū. cūqꝫ sanctus Thomas in loco supra allegato talem intentionem neqꝫ ostēderit neqꝫ habuerit. Unde contra magistrum mathiaz stabit ꝙ vel sanctum Thomaz non vidit vel non intellexit: ne dicam ꝙ maliciose veritatem quam nouit: reticuerit. Nusqꝫ enī sanct⁹ Thomas scripsit nec verbis significauit ꝙ christus secundum diuinitatem aut secundū ꝙ deus: orauit, imo id aperte negat questione ꝛ articulo per burgeñ. allegatis. Inquit enim in corpore q̄stionis. oratio est quedam explicatio proprie voluntatis apud deum vt eam impleat. Si igitur in deo esset vna tantuz volūtas .s. diuina: nullo modo competeret sibi orare. quia voluntas diuina per se ipsam ē effectiua eorum que vult ƀm illud ps. oīa quecunqꝫ voluit fecit dominus. sed quia in xp̄o est alia voluntas diuina ꝛ alia humana. Et voluntas humana non est per se ipsam efficax ad implendum que vult nisi per virtutē diuinā: manifestum est ꝙ xp̄o ƀm ꝙ est homo ꝛ humanā voluntatē habens: competit orare. Itē eadez. iij. pte q. liij. arti. iiij. ad secundū inquit. Ad secūdum dicēdū ꝙ xp̄s orando petijt ꝛ meruit suam resurrectionē inq̄ntum hō. non inq̄ntum deus. Hec sctūs Tho. in forma. false ergo imponit magr̄ Mathias sancto Tho. ꝙ ƀm eius intētionem: Burgeñ. dixerit xp̄m ƀm deitatem orasse. Sed preterea vt fratri necessitatem patienti succurramus iuxta illud p̄s. Eripite pauperem et egenum ꝛc̄. Dicim⁹ ꝙ nec Burgeñ. xp̄z secundū deitatem orasse scripsit. Nō enīz tanti erroris atqꝫ demētie: senex presul arguatur. Sed illud verbum domini Joannis. xj. vt credant quia tu me misisti: dixit intelligendum esse etiam secundum deitatem. in hoc sensu. vt credant ꝙ secundum deitatem a te processi. ꝛ ad hoc ꝓpositum est auctoritas illa. x. de trinitate quam allegat. s. nobis orauit: ne filius ignoraretur scilicet ꝙ a patre sit missus. Utrū autem hilari⁹ intellexerit de ignorātia missionis temporalis filij a patre: vel eternalis sicut dicere videtur Burgeñ. viderint qui pro eo certamen assument. Nostri quidez laboris est veram sancti Tho. doctrinam a calūnijs ꝛ fallacibus rationibus defensare. ¶ Unde glosa supra dicta ad v̄ba xp̄i Joan. xj. scilicet ꝙ intelligitur etiam ƀm deitatem: Burgeñ. est: nō sancti Thome.

¶ Circa psalmuz. cx.

In ps. cx. Burgeñ. in p̄ma additione allegat sanctum Tho. iij. p. q. lxxv. arti. viij. Ad tertium dicentem ꝙ circa sacramentū eucharistie i conuersione panis ꝛ vini in corpus ꝛ sanguinē xp̄i: plura difficilia sunt q̄ꝫ in creatione. ¶ Cōtra quod magister Mathi. ad solam sancti Tho. vt videtur nominationem concitatus veluti cecus qui vocez inimici sonantem cōfusis baculi sui iactibus a dextris ꝛ a sinistris ꝓsequit̄: obijcit ꝓbans a sufficiente diuisione ꝙ maior sit

dificultas in opere creationis q̃ȝ in transsubstantiatione panis ⁊ vini in substãtiã corporis ⁊ sanguinis christi. ¶ Sed certe magister Mathi. vano occupatur labore. cum argumentatio sua extranea fuerit a proposito sancti Thome. Non eni sanctus Tho. in loco prenotato cõparat difficultatem transsubstantiationis memorate ad creationis difficultatẽ: q̃ȝtum ad intẽsionem. vt velit dicere ꝙ maior difficultas sit in transsubstantiatione q̃ȝ in creatione. sed facit cõparationem q̃ȝtum ad numerum dicens. ꝙ plures difficultates concurrunt in illa transsubstantiatione q̃ȝ in creatione. quia in creatione hoc solum est difficile: ꝙ aliquid fit ex nihilo. In transsubstantiatione non solum est difficile ꝙ hoc totũ conuertatur in illud totum: ita ꝙ nihil ꝑoris remaneat: sed etiam est difficile ꝙ accidentia remaneant corrupta substantia et multa alia que in illa conuersione sunt difficilia. ¶ Patet ergo ꝙ argumẽtatio magistri mathie: dictum sancti Tho. nõ tangit. ¶ Utrum autem difficilius sit aliquid ex nihilo creare: q̃ȝ panem ⁊ vinum in corpus ⁊ sanguinẽ christi conuertere. aut ecõtra: alia questio est.

¶ Circa psalmũ. cxviij.

Supra ps. cxviij. cũ postillator diceret ꝙ meritum congrui est qñ homo ex virtute naturali studet bonũ operari. ⁊ sic facit quod in se ẽ ⁊ ꝑ cõsequẽs meret̃ de cõgruo ꝙ de⁹ det sibi gratiã: Burgeñ. notat ex dictis scti tho. ꝑma secũde. q. cix. arti. vj. i corpe q̃stionis ꝙ hõ ex sola virtute naturali: nõ põt aliquod opus facere ꝑ quod mereatur de cõdigno aut de congruo ꝙ deus det sibi gratiam. quoniam ipsa preparatio ad gratiã habitualem: nõ ẽ ex sola virtute naturali cum presupponat aliquod auxilium gratuitum ex parte dei interius animam mouentis. licet tale auxiliuȝ non sit per donũ habituale. ¶ Sed contra hanc scti Tho. doctrinam magister Mathias sic arguit. Non minus respõdet de⁹ homini habẽti ꝑ virtutem naturalẽ bonũ vsum liberi arbitrij: q̃ȝ angelo. sed angelo i prima morula existenti in beatitudine naturali q̃ nihil est nisi bonus vsus rationis: respondit deus per collationem gratie in secũda morula: igitur ⁊ homini. Nec oportet huiusmodi vsum precedere aliquod donuȝ gratuitum vel dispositionem gratuitam. sed solum gratis datam que cõtinetur sub naturali facultate. Hec magister mathias. Ad que respondetur negando presuppositum. s. ꝙ angelus in prima morula fuit beatus beatitudine naturali gratiam non habens. loquendo de morulis tẽporis vel successionis realis. Nam vt cõmunius tenetur et magis dictis sanctorum consonum est: angeli creati fuerũt in gratia. Dicit enim Augustin⁹. xij. de ciuitate dei ꝙ deus creauit angelos simul in eis condẽs naturam ⁊ largiens gratiam: neqȝ magr̃ sententiarum vbi eum magister mathias allegat expresse dicit ꝙ angeli in puris naturalibus creati fuerunt. sed hoc solum ꝙ angeli per ea que in prima sui conditione acceperunt: proficere non potuerunt. Ad quod tamẽ sanct⁹ Tho. respõdet dis. iiij. eiusdem secũdi li. arti. iij. ¶ Ad secundum ꝙ dicuntur a magistro angeli non potuisse ꝓficere: nõ q: mereri nõ potuerunt: sed q: per suam virtutẽ in gl̃iam trãsferri nõ potuerũt nisi ampliori lumine infuso. Et cũ dicit arguẽs ꝙ bonũ vsuȝ liberi arbitrij in hoie nõ oportet aliqđ donũ gratuitũ vel gratuitã dispositionẽ ꝑcedere: sȝ sufficit facultas naturalis: falsuȝ est ⁊ contra verbũ dñi. Joã. vj. Nemo põt venire ad me nisi pr̃ qui misit me traxerit eum. Ubi Aug⁹ dicit. magna gr̃e cõmẽdatio nemo venit nisi tract⁹. ¶ Itẽ cõtra illud Joã. xv. sine me nihil potestis facere. vbi glo.

interlinearis dicit. neqꝫ parum. paruꝫ autem dicitur opus moraliter bonum quod est modicum quid: respectu operis meritorij. quo loco dicit Augustinꝰ magna gratie commendatio corda instruit humiliuꝫ, ora obstruit superborum. nonne huic resistunt veritati: ad bona opera facienda deum sibi necessarium non putantes: nō assertores: sed precipitatores liberi arbitrij. Hec Augustinus. et in libro de correctione ⁊ gratia ait. sine gratia nullum prorsus siue cogitando siue volendo ⁊ amando siue agendo: faciunt homines bonum. ⁊ accipitur gratia in dictis Augustini ꝓ speciali ⁊ gratuito dei auxilio naturalibus superaddito. Cōsonat premissis quod habetur Trenoꝝ vltimo. Conuerte nos domine ad te ⁊ conuertemur. Et illud apostoli Romanoruꝫ. ix. non est volētia neqꝫ currentis. sed dei miserentis. Item Philippen. ij. deus est qui operatur in nobis velle ⁊ proficere pro bona voluntate. vbi dicit Glosa. hoc nobis expedit ⁊ credere ⁊ dicere quia pium est ⁊ verum est vt sit humilis confessio ⁊ totum detur deo. Per ꝓprium enim arbitrium nisi gratia dei iuuetur: nec ipsa bona voluntas esse in homine potest. Hec glosa.

Circa librum Esaie.

Capitulo. iij.

Circa librum Esaie in capitulo. iij. sanctus Thomas ⁊ post eum postillator exponit prophetiaꝫ que incipit. Ecce dominator dominus. de captiuitate babilonica. contra quā expositionem Burgēsis arguit. quia in captiuitate babilonica multi fuerunt ꝓphete sicut Hieremias. Ezechiel. Daniel et alij. Et tamen in ea auctoritate dicitur. et auferet ab hierusalem ⁊ iudam iudicem ⁊ prophetam ⁊ ariolum ⁊c. Et intelligit sanctus Thomas de vero ꝓpheta. sicut bene sonat littera. Unde videtur Burgensi ꝙ prophetia illa non pertineat ad statū babilonice captiuitatis. Sed ad hanc Burgensis instantiam: facile patet respōsio. quoniam textus prophetie non sic intelligi debet ꝙ dominus auferet simpliciter a gente iudeorum vel israelitica iudicem ⁊ ꝓphetaꝫ ⁊c. ita ꝙ nullꝰ vltra in orbe surrexerit de populo illo. sed sensus ē ꝙ auferet dominus idest transferet ab hierusaleꝫ ⁊ iudam idest a terra illa duarum tribuuꝫ iudicem ⁊ prophetam ⁊c. quoniam omēs iudices et prophete ⁊ omnes principes et viri fortes robusti ⁊ bellatores ⁊c. translati sunt per medos a terra hierusalem ⁊ iuda in babiloniam secundum quod plane habetur. iiij. Regum. xxiiij. Naꝫ vt ibi dicitur nihil relictum est exceptis pauperibus populi terre. Unde sanctꝰ Thomas postqꝫ exposuit litteram vsqꝫ ad illud verbum. et prudentem eloquij mistici. ostendens quomodo impleta fuerit prophetia: ait. Et ꝺ omnibꝰ his habetur. iiij. Reguꝫ penulti. ꝙ translati sunt a nabuchodonosor in babiloniam. ecce ꝙ ꝓbat verbum superius scilicet auferet: per id quia translati sunt.

Circa capituluꝫ. viij.

In capitulo. viij. sanctꝰ thomas circa expositionem signi dati in principio capituli: dicit ꝙ hoc signum iudei exponunt de filio esaie. per cuius nomen dominus significare voluit destructionem decē tribuum quorum. s. iudeorum expositionem subiungit. deinde ponit obiectiones quorundam catholicorum dicentium ꝙ non possit signuꝫ illud intelligi de filio Esaie. sed de christo tantum. quemadmodum ⁊ signum primum quod ponitur supra cap. vij. Ecce virgo

concipiet ⁊c̄. vnde ⁊ consequenter exponit
hoc secundum signū ꝑ particulas suas de
xp̄o. demū cōparans expositionē vtriusqꝫ
signi ait sic. Hec autē expositio .s. secunda
nō est tāte auctoritatis sicut superior q̄ fu-
it supra cap̄. vij. qꝛ magis extorta est ⁊ ex
scripturis nō habet auctoritatē sicut illa
Mat. j. vnde quidā dicūt nō esse incōue-
niēs si hoc intelligat̄ ad lr̄am d̄ filio esaie.
ita tn̄ ꝙ puer iste sit figura xp̄i sicut etiam
supra dictū est in q̄dā glo. vij. caplo sup.
Ecce virgo. Hec sctūs Tho. ⁊ cōsequen-
ter rn̄det ꝭm hāc opinionē ad obiectiones
supra positas in cōtrariū. ¶ Sed contra
hec verba sctī Tho. postillator magnam
suscitat calūniam dicēs ꝙ dicta sctī Tho.
nimis fauēt errori hebreoꝝ dicentiū ꝙ in
istis tribus caplis. vij. viij. ⁊ ix. nō fiat mē
tio de xp̄o. Unde īducit quedā verba ꝭm
caldaicam translationē ad ꝓbandum ꝙ
verba illa signi. ⁊ adhibui mihi testes ⁊c̄.
Et illa. ⁊ accessi ad prophetissam ⁊c̄. non
fuerint verba esaie: sed dei. ⁊ ꝑ consequēs
ꝙ filius cōceptus de quo loquitur signū
sit xp̄s ad lr̄am. nō filius esaie. ¶ Ad hoc
tamē respōdet Burgen̄. ⁊ satis sufficiēter
ꝙ verba sancti Tho. in nullo fauent he-
breoꝝ errori. qm̄ sanctꝰ Tho. nō impro-
bat expositionē que dicit signū huius ca-
pituli intelligi ad lr̄am de xp̄o. sed dicit ꝙ
nō est tante auctoritatis talis expositio si-
cut supior in capitulo precedēte. Cuiꝰ ra
tionē assignat manifestā. Nā prima ha-
bet auctoritatē ex euangelio Mat. j. vbi
dicitur. hoc totū factū est vt impleret̄ qđ
dictum est per ꝓphetā. Ecce virgo conci
piet ⁊c̄. sed expositio huiꝰ signi non habet
tantā auctoritatē. cum in sacra scriptura
non contineatur: ꝙ hoc quod dicitur hic:
accessi ad ꝓphetissam: intelligatur d̄ bea
ta virgine. ¶ Item principale fundamē-
tum postillatoris ad firmādā hāc exposi-
tionē est illud qđ continet̄ in translatione
caldaica. qđ licet verū sit: non tamē est tā-
te auctoritatis sicut si in littera contineret̄.
ideo v̄ba sctī Tho. sunt manifeste rōnabi
lia nec in aliquo fauēt errori hebreorum.
Hec Burgen̄. ¶ Sed cōtra hāc rn̄sionē
magister Mathias zelo quodā. sed non
charitatis excitat̄. ita vt in verba ꝓrūpat
amaritudinis. Unde ꝓbare contendit ꝙ
ex tribus appareat dicta sancti Tho. erro
ri hebreorū fauere. ¶ Primo quia friuo-
lis ac falsis assertionibus nitit̄ soluere ar-
gumēta catholicoꝝ. ¶ Secundo quia nō
roborauit argumēta catholicoꝝ nec aliq̄d
facit ꝓ eorū vera expositione: sed litterā
exponit ⁊ diuidit pro perfidia iudeorum.
¶ Tertio quia dicit catholicā expositio-
nē extortā ⁊ nō esse tāte auctoritatis sicut
illa supra caplo. vij. vbi ille passus. Ecce
virgo cōcipiet: exponit̄ de xp̄o auctorita-
te euāgeliste. ¶ Postremo q̄rit iste magr̄
de auctoritate quā sanctus Tho. prefert
an sit apud iudeos auctentica magis: an
apud xp̄ianos. sed certū est dicit ipse ꝙ nō
apud iudeos. quia translatio caldaica cui
innititur expositio huiꝰ littere: est apud iu-
deos maxime auctoritatis. Exemplū aūt
cui innitit̄ expositio. vij. cap̄. nulliꝰ est au-
ctoritatis apud hebreos. igit̄ maioris ē au
ctoritatis apud iudeos expositio huiꝰ ca-
pituli q̄ꝫ. vij. qm̄ ad faciendū fidē infideli
bꝰ ꝑ euāgeliū qđ nō recipiūt: nihil cōclu-
dimꝰ. nisi cū hoc initamur eoꝝ fundamē-
tis q̄ negare nō cōsueuerunt. Hec magr̄
math. ¶ Que certe q̄ꝫ indocte ⁊ pueriliter
dicta sint: facile erit ostēdere. ¶ Uñ ad p̄-
mā eiꝰ ꝓbationē dr̄ p̄mo ꝙ rn̄siōes date
a scō tho. sūt ꝭꝫ opinionē exponētiū signū
huiꝰ capl̄i de filio esaie: patet qꝛ q̄si ime-
diate p̄miserat. Uñ q̄dā dicūt non ēē in-
conueniēs si hoc intelligat̄ ad litterā ⁊c̄.
¶ Secūdo dr̄ ꝙ ⁊ si ponant̄ rn̄siones da
te fuisse de mēte sctī tho. ⁊ ꝙ ipse voluerit
signū huius capituli posse exponi ad lr̄ā
de filio esaie ꝙ puer est figura xp̄i: nullū icō-
ueniēs ē. qm̄ in sacra scriptura idē textus

potest exponi ad lr̄am de duobus. in q̄ꝝtū
vnū est figura alteri⁹. ꝓut magis dicetur
in articulo sequenti. s. caplo. ix. esaie. Sed
nec postillator r̄n̄siones sancti Tho. suffi-
cienter ipugnat. Nō p̄mā: q2 s̄m illā opi-
nionē zacharias de quo est hic sermo non
est ille filius barachie q̄ vnus est ex. xij. ꝓ-
phetis. sed ali⁹ q̄ tūc t̄pis nat⁹ erat prout
in r̄n̄sione. iiij. s̄m illā opinionē sctūs tho.
recitat. quod tn̄ ⁊ si postillator neget: nul-
la tn̄ rōne aut auctoritate irrefragabili il-
lud impugnat. neq3 su⁹ magr̄ Mathias
post eum. Nam ex translatione caldaica:
nō trahitur efficax argumētū. Neq3 im-
pugnatio respōsionis secūde valet. quia ⁊
si postq̄3 dicit. ⁊ adhibui mihi testes: non
dicatur. ⁊ scripsi: satis fuit premissum esse
in mandato dn̄i illud. ⁊ scribe in eo ⁊c. ita
vt non fuerit necessarium postea dicere et
scripsi. certū est eni q̄ iuxta preceptū3 dei
scripsit. ad quā scripturā: itelligit illa opi-
nio q̄ adhibuit testes. ¶ Qd̄ etiā3 obijcit
cōtra tertiā r̄n̄sione3: nihil est q2 supponit
q̄ in r̄n̄sione falsum assumatur. s. q̄ fuerit
alius zacharias q̄ propter auctoritatē sa-
cerdon͡s: diceret̄ fidelis. ⁊ tn̄ postillator nō
ꝓbat efficaciter illud falsum esse. sed sup-
ponit s̄m intellectū quem habuit in trans-
latione caldaica qui nō conuicit vt dictu3
est. ¶ Ad illud aūt qd̄ postillator inducit
cōtra quartā respōsionē: r̄n̄det Burgen̄.
⁊ bene q̄ ⁊ si theglaphalasar nō expolia-
uit totū regnū samarie: satis vere pōt dici
q̄ expoliauit samariā. ea rōne q2 expolia-
uit aliquas ciuitates regni israel cui⁹ me-
tropolis erat samaria. Cōsuetū est eni in
huiusmodi locutionibus q̄ ponat̄ totum
ꝓ parte per sinodochem. ¶ Sed cōtra so-
lutionem hanc Burgen̄. instat magister
Mathias q̄ ꝑ spolium factū per thegla-
phalasar nō ē ablata fortitudo damasci ⁊
samarie ꝓut innititur littera. sed fuit par-
ticularis inuasio. Hec magister Mathi.
¶ Que plane non satis perite dicta sunt.

Putat eni magr̄ Mathi. q̄ ablatio for-
titudinis damasci ⁊ spoliatio samarie: vna
⁊ eadē deuastatione facta fuerint et sic de-
ceptus arguit q̄ per spolium samarie non
est ablata fortitudo damasci. sed littera
nō dicit q̄ simul vtrūq3 factū fuerit neq3
q̄ propter spolium samarie: ablata fuerit
fortitudo damasci. nā non pertinebant ad
eandē prouinciam neq3 ad idem regnum.
cu3 damascus esset metropolis sirie. sama
ria autem metropolis regni israel. Sed ē
sensus littere q̄ anteq̄3 sciret puer vocare
patrem suum ⁊ matrē: auferenda ess3 for-
titudo damasci. quod impletum fuit quā-
do theglaphalasar ascendit in damascu3
⁊ deuastauit eam ⁊ transtulit habitatores
eius cirenem ⁊ rasin regem occidit prout
habetur. iiij. Regū. xvj. ¶ Ite3 q̄ anteq̄3
sciret puer ⁊c. auferēda erant spolia sama
rie. quod fuit impletū regnāte facee quā-
do theglaphalasar cepit abion ⁊ abel do
mū maaca ⁊ alias ciuitates prout habetur
iiij. Regū. xv. q̄3uis inter eas nō nominet̄
ipsa ciuitas samarie. sed intelligitur per sy-
nodochem vt supra dictu3 est. ¶ Ecce pa
tet euidenter q̄ r̄n̄siones date a Sancto
Tho. s̄m opinionē exponentiū signū hu-
ius capituli de filio esaie: nō sunt per ea q̄
postillator obijcit euacuate. Unde magi
ster Mathi. gratis imo ad verecundiam
suam dicit eas friuolis ⁊ falsis assertioni-
bus esse initas quas tamē ⁊ ipse intactas
reliquit. ¶ Item neq3 secunda eius magi
stri probatio contra dictum Burgen̄. q̄
sanctus Tho. in nullo fauet iudeorum
errori: aliquid habet momenti. Nam fal-
se ⁊ maligne dictum est q̄ nihil sanctus
Thomas faciat pro vera x̄p̄ianoru3 ex-
positione. sed pro ꝑfidia iudeorum. quo-
niam totam litteram signi huius capituli
distinguit. diuidit ⁊ exponit per partes su
as de christo ⁊ beata virgine melius certe
⁊ plenius q̄3 postillator vt recto oculo in-
spicienti patebit. Uerum est q̄ dicit hanc

expositionē magis extortam esse ꝛ minua
habere auctoritatis ꝙ expositio illa. Ecce
virgo cōcipiet. capituli precedētis q̄ ex tex
tu Mat. j. ꝓbatur. Sed q̄s nisi insaniens
aut omnino desipiēs arguet sanctuz tho.
sceleris ꝓpterea ꝙ ꝓfert auctoritatē euan
gelij auctoritati trāslationis caldaice cui
soli innitit̄ in sua expositione postillator:
neqꝫ enī est aliq̄s textus sacri canonis ex
quo talis expositio habeat auctoritatem.
¶ Itē cum dicat sanct⁹ Tho. ꝙ exposi-
tio q̄ intelligit signū de filio Esaie nō ha-
bet incōueniens dum tamē puer ille sit fi-
gura xpi: satis approbat primā expositio-
nem de xp̄o. Nam illis verbis aperte sig-
nificat ꝙ expositio q̄ est de filio esaie non
est cōueniēs: nisi intelligat̄ puer ille esse fi
gura xpi. ¶ Et p̄terea expositio illa de fi-
lio esaie recitat̄ a sancto Tho. vt ē catho-
licoꝝ quorundā expositio. quib⁹ videtur
nō esse incōueniēs ꝙ sic textus exponatur.
Non eniz ab eo recitaret̄ eo ꝙ a iudeis ac
ceptatur. cū eoꝝ sctūs Tho. acerrim⁹ fue
rit impugnator sicut ex doctrina sua liq̄t ꝛ
ex sanctitate eius ꝓbatū existit. ¶ Quod
aūt obijcit magister Mathias ꝓ magno
incōueniēti ꝙ sanct⁹ Tho. nō roborauit
argumēta catholicorū: popularis quedā
videtur acclamatio. quasi iā periclitaret̄
fides incarnationis xpi: nisi argumēta illa
vim suam ꝛ robur haberēt. aut nisi signū
huius capituli exponeretur ad lrām de so
lo xp̄o. ꝛ nisi catholici doctores oēs vno i
hoc passu ore loquant̄ tanq̄ꝫ multitudine
se armātes. certe obiectio ista salua pace
dixerim magistri mathie rudis ac puerilis
est. Nā alie auctoritates sunt q̄plures q̄
veritatem fidei de cōceptu virginis ꝛ icar
natione christi expressius ac efficacius ꝓ-
bant. ita vt veritas ipsa sine hoc signo de
christo exposito: satis bene atqꝫ incōcusse
subsistat. vt est illa auctoritas. non auferē-
tur sceptrū d̄ iuda ꝛc̄. Geñ. xlix. Item illa
precedētia capituli. Ecce v̄go cōcipiet ꝛc̄.

Et illa agei ꝓphete. ꝛ veniet d̄siderat⁹ cū
ctis gētib⁹. agei. ij. ꝛ plures alie que causa
breuitatis omitto. ¶ Unde ꝛ postillator i
questionib⁹ suis q̄s edidit iudaicā ꝑfidiā
circa xp̄m ꝛ eius aduentū improbātes: cū
in secundo arti. induceret auctoritates sa-
cri canonis ad ꝓbandū persone diuine in
carnationē. et in. iij. articulo alias ad ꝓbā
dum tēpus aduētus xpi iaz preteritū: nul-
lam de auctoritate hui⁹ signi fecit mētio-
nē: quam nequaq̄ꝫ omisisset: si ad xpi icar
nationis ꝓbationē: multū haberet effica-
cie ꝛ euidētie. Sed hic magister Math.
obijcit sancto Tho. tanq̄ꝫ crimē lese ma-
iestatis hoc solū ꝙ nō roborauerit argu-
mēta quorundā doctoꝝ catholicoruz vbi
plane nullū iminebat periculū fidei: ꝛ vbi
eorū expositionē ad plenū tradidit neqꝫ il
lam in aliqua sui p̄te tanq̄ꝫ falsam aut nō
lrālem excluserit: postillatorē tamē suū ir-
reprehensibilē predicat qui illud Geñ. j.
In principio creauit de⁹ celū ꝛ terram. ex
ponit ad lrām de p̄ricipio tēporis aut du-
rationis. nulla mētione facta d̄ expositiōe
catholicoꝝ qui exponunt ad lrām. in prin
cipio. i. in filio. Ex qua auctoritate cōmu-
niter ꝓbant trinitatē personarū. vt in pri
mo li. sentētiarū dis. ij. Itē eccl'ia cōmuni-
ter tenet ꝙ vbi dr̄ Geñ. xviij. ꝛ apparue-
rūt ei. s. abrahe tres viri: facta fuerit illi re
uelatio d̄ trinitate ꝑsonaꝝ ꝛ d̄ vnitate essē
tie. vñ cātat eccl'ia. abrahā tres vidit ꝛ vnū
adorauit. vbi Ambrosi⁹ ait. vide ꝑmo fi-
dei mysteriū de⁹ illi apparuit ꝛ tres aspe-
xit cui de⁹ refulsit trinitate nō sine filio pa
trē suscipit nec sine sp̄ū sctō filiū cōfitetur.
Hec ambrosi⁹. Et tm̄ postillator d̄ tali re
uelatione ꝛ d̄ mysterio trinitatis: nullaz fa
cit mētionē sed expositionē hebreoruz ibi
approbat ꝛ ptractat. ¶ Itē illō. v̄bo dñi
celi firmati sunt ps. xxxij. doctores catholi
ci exponūt d̄ trinitate ꝑsonaꝝ. vt patet li.
ꝑmo sen. dis. ij. In cui⁹ tm̄ expōe postilla-
tor nullā habuit d̄ distīctione personaruz

consideratione. ¶ Itē illud ps. iij. Ego dormiui ⁊ soporatus sum. ad litteram exponitur secundū doctores catholicos de xp̄i morte ⁊ resurrectione. Vñ ⁊ Ecclesia illud cātat in die sctō pasce. sed postillator nulla facta mētione d xp̄o illud exponit d dauid quando fugit a facie absalō. secut⁹ titulū ps. s̄m hebreos. vt ip̄e fatet̄ in principio ps. ¶ Itē in hoc libro Esaie caplo xlv. illud. Rorate celi desup ⁊ nubes pluant iustum. vniuersalis eccl'ia intelligit dictū esse de xp̄o ⁊ d nullo alio. vnde ⁊ in officijs diuinis illud cātat de xp̄o p̄cise. sed postillator exponit illud etiā de rege ciro ad litterā sub figura xp̄i. ¶ Item circa librū Canti. a p̄mo caplo vsq̄ ad. vj. inclusiue exponit postillator de ecclesia veteris testamēti sub figura sp̄ose s̄m intellectum hebreorū. cum tamē doctores catholici totū librū exponāt cōmuniter de ecclesia noue legis vt sp̄osa ⁊ de xp̄o sp̄oso. vt ipsemet postillator ibi fatet̄. quorū catholicorū expositionē nō veret̄ q̄tum ad hoc defectuosam asserere. ⁊ q̄ plus est quia in sex capitulis primis illi⁹ libri q̄ postillator d veteri testamēto p̄cise exponit: sunt nōnulle auctoritates quas ecclesia de beata virgine cōcinit vt in caplo. j. illud. In odorē vnguētorū tuorū currim⁹. Itē illud. Ecce tu pulcra es amica mea ⁊c. Et illud. sicut liliū iter spinas. Illud etiā in caplo. ij. surge p̄pera amica mea ⁊c. Et illud. q̄ ē ista que ascēdit p desertū sicut virgula fumi? Et illud capitulo. iiij. tota pulcra es amica mea ⁊ macula nō est in te ⁊c. vsq̄ ad finē fere capituli. Et plura alia sunt i dictis capitulis: q̄ de beata virgine cōmunis ecclesia cātat. q̄ omnia postillator exponit d sinagoga q̄ dicitur ecclesia veteris testamēti. Multi alij passus possent notari in sacra scriptura in quibus postillator plane diuertit a cōmuni doctorū catholicorū expositiōe quos ne arguar prolixitatis: placuit subticere. ¶ Unde iuxta verbum domini admiror. cum postillator tanto trabis pondere oculis suis cecutiat: quomodo in oculo fratris sui festucam clamat videre? Qua etiam fronte magister Mathias audet sanctū Tho. probris afficere pro eo q̄ in hoc passu nō se exhibuit illorū p̄pugnatorem: a q̄bus postillator quem ipse defensat sepe recedit. ⁊ quorum se constituit nonnūq̄ impugnatorē? iudicet dñs. ¶ Allegat tertio contra sctū Tho. magister Mathias q̄ dixit expositionē catholicorū in hoc caplo extortam. sed non aduertit iste magister q̄ illud dictum sit p cōparationem nō ad aliā expositionē que intelligit de filio Esaie; sed p cōparationē ad aliam auctoritatē precedētis capituli. Ecce virgo cōcipiet ⁊c. Unde verba scti Tho. sunt ista. Hec autē expositio non ē tante auctoritatis sicut superior que fuit supra. vij. de illo signo. quia magis extorta est ⁊ ex scripturis non habet auctoritatem sicut illa Mat. j. Hec sanctus Tho. ¶ Item obijcit magister Mathias q̄ dixerit sanct⁹ Tho. expositionē hui⁹ capituli de xp̄o nō esse tante auctoritatis sicut illa. ecce virgo cōcipiet. supra. vij. que exponitur de xp̄o auctoritate euāgeliste. Sz cū expositio hui⁹ capli nō habeat auctoritatē ex sacra scriptura: ⁊ alia sic Mat. j. vt magister Mathias bene cōcedit: nō videtur mihi q̄ sit alia resp̄osione dignus. nisi q̄ parcēdū est illi. ¶ Arguit tertio ip̄e magister q̄rens an illa auctoritas quā p̄fert sāct⁹ Tho. sit autētica magis apud iudeos: an apud xp̄ianos. ⁊ p̄bat q̄ nō apd iudeos. quod ⁊ nos cōcedim⁹: sed dicimus q̄ est magis autētica ⁊ s̄m se: quoniā ab ipsa veritate est in euangelio probata. et apud christianos qui textum euangelicum sincera ac inconcussa fide tenent ⁊ firmiter confitentur ⁊ non sic caldaicam trāslationem. Quod nunc inconueniēs putat magister Mathias hoc esse? nullum certe. sed nec ipse inuenit.

¶ Circa capitulū nonū

IN capitulo.ix.sctūs tho. exponit principiū capituli. primo tēpore ₇c. ad lrām. vsqʒ ad illā partē. populus qui ambulabat ₇c. de duplici captiuitate filiorū israel. Nā pma fuit facta per theglaphalasar regnāte facee in samaria q̄ captiuauit duas tribus cū dimidia q̄ erāt trāsiordanē respectu hierusalē. ₇ d̄ tribu zabulō ₇ neptalim q̄ erāt citra iordanē:tm̄ quod posset equiparari dimidie tribui. de qua captiuitate dicitur.iiij. regum xv. ¶ Secūda fuit facta per salmanasar ix. āno osee q̄ captiuauit resi duos ex.x. tribubus qui erāt citra iordanē respectu iudee. Et d̄ hac habetur.iiij.re.xviij. Sʒ postillator hāc expositionē dicit esse icōpetētē propter quattuor. Primo qꝛ implicat cōtraria saltē in modo loquēdi. qꝛ primā captiuitatē nominat alleuiationem:₇ secūdā aggrauationē. cum tamē fuerint eiusdē rationis. ¶ Itē qꝛ si loqueretur de secūda captiuitate:cuʒ dicitur. Et nouissimo aggrauata est ₇c. non fieret ibi mētio de galilea q̄ in prima captiuitate fuit captiuata saltem in magna parte. sed magis d̄ samaria que erat ciuitas metropolis regni ₇ p̄ncipaliter fuit obsessa ₇ capta per salmanasar. ¶ Tertio quia matheus. iiij. ca. dicit hanc prophetiā fuisse completā ad litterā in xp̄o. dicens sic de xp̄o. Et relicta ciuitate sua nazareth venit ₇ habitauit in ciuitate capharnaū maritima in finibus zabulon et neptalim:vt adimpleretur quod dictū est per esaiam prophetaʒ. Terra enim zabulon ₇ terra neptalim via maris trās iordanē galilee gētium. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnā ₇c. ¶ Item cum omnes expositores catholici dicant qꝙ necesse est de xp̄o intelligi illud quod dicitur supra septimo. Ecce virgo concipiet ₇ pariet filium ₇c. Eo qꝙ dicitur Mathei primo. Hoc autē totum factum est: vt adimpleretur quod dictū est a dn̄o per prophetam dicentē. Ecce virgo habebit in vtero ₇ pariet filium ₇c. Eadem necessitate compellitur quilibet doctorū catholicus expōere de xp̄o quod dicitur hic. Primo tempore alleuiata est ₇c. Cū matheus dicat hoc impletū esse in xp̄o. Hec postillator. ¶ Que quātum efficacie habeant cōtra expositionem sancti tho. ex responsionib⁹ ad ista obiecta patebit. ¶ Unde ad primū dicitur ſm intellectum sancti tho. qꝙ q̄uis vtraqʒ persecutio captiuitas fuerit ac per hoc eiusdem rationis:non tamē eiusdē grauitatis fuit vtriusqʒ afflictio Nam in prima fuit terra israel minorata habitatoribus suis. non penitus expoliata. ₇ propterea alleuiatio appellatur per comparationē ad secundam captiuitatem q̄ fuit generalis totius residui.x. tribuum que regnum israel exterminauit. vbi omnis populus trāslatus est cū rege suo ī terram assiriorū prout iosephus etiam narrat antiquitā. Juda.li.ix.capi.xv. Unde satis proprie ₇ vere dicitur qꝙ terra q̄ primo fuerat alleuiata.i. minorata non totaliter vastata:ac per hoc leuiter percussa p̱ tegla phalasar:fuerit nouissime aggrauata.i. grauissime cesa per salmanasar q̄ totam terrā expoliauit ₇ omnes trāstulit habitatores. ₇ ita merito appellatur prima captiuitas alleuiatio respectu secunde.

¶ Ad secundā obiectionem duplex potest esse respōsio. Una qꝙ in textu nō dicit̄ galileā fuisse captiuatā in secunda captiuitate ꝓut postillator fingit. sed qꝙ via maris idest regio per quā itur ad mare qd̄ mare est trās iordanem galilee: aggrauata fuerit. Tota enī terra. vij. tribuum cuʒ dimidia q̄ post primā captiuitatem relicte fuerant per cuius aliquam partē erat via ad mare trans iordanem:fuit in secūda captiuitate penitus vastata. Unde illa via non solum per prouinciam galilee transibat:

sed etiā per aliquā partē. vij. tribuū cuȝ di
midia q̃ pars dicit̃ hic aggrauata mō ex-
pōito ꝛ nō ipa galilea. ¶ Pōt. ij. rn̄deri ꝙ
in pͥma captiuitate nō tota galilea fuerit ca-
ptiuata: sed maior pars a q̃ tota appellat̃
trāslata. sicut tota ciuitas dicitur facere: ꝙ
maior ps ciuitatis statuit. In secūda aūt
captiuitate fuit galilea penitus cōsumpta
ꝛ depopulata. ꝛ propter hoc dicitur nouis-
simo aggrauata. ¶ Ad tertiū duplex süt
pōt esse respōsio. Una est ꝙ q̃ꝫtum est ex
lr̄a Mat. iiij. nō ꝓbatur efficaciter tertiū
huius capl̄i esaye ab illa pte. Primo tpe.
Usqꝫ ad illā. ppl̄s qui ambulabat in tene
bris: debere exponi ad lr̄am de xp̄o. Nam
a pō matheū vbi ꝓphetia huius capituli
allegatur: nulla fit mētio aut de duobus ꝛ
diuersis tēporibꝰ: aut de alleuiatiōe ꝛ ag-
grauatione terre de quibus in hoc capl̄o
esaye est sermo. sed illis omissis: inducitur
ex hac prophetia esaye id p̄cise. s. ppl̄s qui
ambulabat in tenebris vidit lucē magnā.
quod erat ad ꝓpositum euāgeliste. Dixe
rat enim euāgelista ꝙ ihesus venit ꝛ habi
tauit in ciuitate capharnaū maritima in fi
nibus zabulō ꝛ neptalim. ex quo infert ꝙ
impletū est dictū esaye ꝓphete. qꝛ. s. ex pre
sentia xp̄i in terra illa in qua cepit predica
re: populus qui ambulabat in tenebris vi
dit lucem magnā. ꝛc̄. vt predixerat esayas
Quod autē dicitur in euāgelio. terra zabu
lon ꝛ terra neptalim via maris. ꝛc̄. non
respōdet ibi ad illud quod dicit̃ in hocca
pitulo esaye. Primo tēpore alleuiata ē ter
ra zabulō ꝛ terra neptalim: sed ē expō illi
us. populus qui ambulabat in tenebris.
vt sit sensus in euāgelio mathei. ꝙ ihesus
venit ꝛ habitauit in ciuitate capharnauȝ
in finibus zabulon et neptalim vt adim-
pleret̃ quod dictuȝ ē per esayā prophetā.
terra zabulō ꝛ terra neptalim. ꝛc̄. qui po-
pulus ambulabat in teneb ris: vidit lucem
magnaȝ ꝛc̄. s. ex p̄ntia ꝛ predicatione xp̄i.
itaqꝫ secūdū proprium sensum littere ma

thei: id precise ex prophecia esaye induci-
tur: quod scribitur ab illa parte. populus
qui ambulabat in tenebris vidit lucē ma-
gnam ꝛc̄. sed premittitur terra zabulō. ꝛc̄.
tanq̃ꝫ expositio. ad denotādum qui popu
lus erat ille. ¶ Et cōfirmatur quia apud
matheum nihil differenter dicitur de ter-
ra zabulon ꝛ terra neptalim: ꝛ de via ma
ris trāsiordanē sed vnū ponitur vt expo-
sitio alterius. Sed in hoc capitulo esaye:
aliud refertur ꝛ pro alio tēpore ad terram
zabulon ꝛ terram neptalim. ꝛ aliud ꝛ pro
alio tempore refert̃ ad viā maris trāsior-
danez. Un̄ quedā glo. Mathei. iiij. dicit
sic. hic aūt in euāgelio diuersi noiatim: ad
idem verbum reducunt̃ ita. ꝛ terra zabu-
lō ꝛ terra neptalim q̃ est via maris que est
trāsiordanē. s. populus galilee gentiū qui
ambulabat in tenebris. Hec glo. vbi ex-
presse legit illud via maris expositiue ꝛ to
tā litterā refert ad vnum. ¶ Glo. etiā Ra
ba. ait hoc loco. quod pͥmo positū est: pre-
termittit euāgelista. s. primo tēpore alleui
ata est terra zabulon ꝛ terra neptalim si-
cut ꝛ quod in medio ē. s. nouissimo aggra
uata ē vis maris. quod ideo facit. quia in-
tendit ostendere initiū predicationis xp̄i.
ꝛ ideo quod misticū ē tāgit. Hec glo. vbi
aperte dicit ꝙ euāgelista nō allegat illud
quod de alleuiatione ꝛ aggrauatione scri
bitur in prophetia esaye quod tn̄ postilla
tor legit gratis vt videtur. ¶ Sed qꝛ san-
ctus tho. etiam illud. populus qui ambu-
labat in tenebris. refert ad liberationē fa-
ctam iudeis per angelū a persecutione ter
tia excitata per senacherib. de qua habe-
tur. iiij. re. xviij. ideo videtur ꝙ stet adhuc
instantia contra sanctuȝ tho. Sed ad hoc
pȝ solutio ex secunda respōsione que iam
ponetur. ¶ Potest secundo respōderi ꝙ
q̃ꝫuis euāgelista Mat. iiij. exponat prin-
cipium huius capituli esaye ad litteram de
xp̄o: nō ideo sequitur ꝙ non possit vere ex-
poni ad lr̄am de duabus hebreorū capti-

nitatibus. ¶ Ad cui⁹ intellectū animaduertendū est q̄ sm Augustinuz.xij.cōfes. in fine.quencūq̄ʒ sensum in sacra scriptura hoies inuenire possunt: credēdū ē spūʒ sanctū q̄ auctor sacre scripture est: habuisse. ⁊ q꜡ sensus lr̄alis est quē auctor lr̄e intēdit: inferūt doctores, et est doctrina sancti Tho.pma pte.q.j.ar.vlti.q̄ in vna lr̄a sacre scripture plures nōnunq̄ʒ sunt sensus lr̄ales ⁊ nō solū respectu dei q̄ sub vna littera plura pōt intelligere: sed ⁊ ō pphetis inq̄t Hieronym⁹ sup osee, q̄ ita loq̄bant̄ de factis p̄sentib⁹: q̄ etiā intēderūt futura significare, a qua intētione vtraq̄ʒ expositio ⁊ de factis p̄sentibus ⁊ ō futuris: vere pōt dici lr̄alis. Nā nō pprie dr̄ sensus litteralis quē voces significāt: sʒ magis quē auctor lr̄e intēdit. ⁊ inde est q̄ inter.vij.regulas exponēdi sacrā scripturā quas Isidorus tradit libro pmo ō sūmo bono.xxv caplo: vna est sm intellectuʒ postillatoris q̄ eadē lr̄a aliqn̄ habet duplicē sensuʒ litteralē, put ipse pmittit in secundo plogo suo sup Gen̄. qua regula postillator sepe iuuat̄. ⁊ nisi vera esset: argumētatio sua q̄ hoc loco vtit̄ cōtra sanctū Tho. in seipm retorqueret̄. Naʒ illud exodi.xvij. percutiesq̄ʒ petrā ⁊c. postillator exponit ibi ō petra materiali. sed apl̄s.j.Corin.x.dicit illō intelligēdū esse de xp̄o. inquiēs, petra aūt erat xp̄s. Item illud Deutro.xxv.nō ligabis os bouis terētis in area fruges tuas. postillator ibi exponit ad lr̄am de animalibus brutis q̄bus non debet fieri iniuria. sed apl̄s pma Cori.ix. exponit ad lr̄am dictum esse ō predicatorib⁹ fidei q̄buʒ necessaria ministrāda sunt. imo ⁊ videt̄ apl̄s. pmā expositionē a lr̄ali sensu excludere cū dicit: nunq̄d de bobuʒ cura est deo? an pp ter nos vtiq̄ʒ hec dicit? ¶ Itē illō. iuxta te est sermo valde in ore tuo ⁊ in corde tuo. Deutro.xxx. postillator exponit ibi ad litterā de verbo preceptorum decalogi. que quodāmodo scripta sunt in cordibus nostris. sed apl̄s. Ro.x. illud exponit dictum esse ō verbo fidei Iesu xp̄i q̄ō predicabat ¶ Itē illud. Ego ero illi i patrē: ⁊ ipse erit mihi in filiū: apl̄s inquit dictū esse de xp̄o Hebre.j. sed postillator ibi ⁊.ij. Ro.vij. vnde sumit̄ auctoritas: exponit illud ad litterā de xp̄o et de salomone. In quibus locis exp̄sse dicit q̄ aliqua sunt in sacra scriptura que ad lr̄aʒ sunt intelligēda ō duobus. quoꝝ tamen vnū figura sit alterius. ¶ Itē illud osee.xj. ex egypto vocaui filiū meū. Postillator ibi exponit ad lr̄aʒ ō populo israel. sed Mat. secundo euāgelista exponit illā pphetiā ad lr̄am de xp̄o qui post mortē herodis vocatus fuit de egypto. vbi ⁊ postillator dicit auctoritatē istaʒ duplicē habere sensum litteralē sicut ⁊ supradictā. ego ero illi in patrē. Et supradictis satis patet solutio ad tertiā obiectionē postillatoris. Nam nullū incōueniēs ē q̄ euangelista exponat pphetiā hui⁹ capituli ad lr̄am de xp̄o: ⁊ exponat̄ etiā ad litterā de psecutione hebreoꝝ modo quo dictum est. Et p idē patet respōsio ad quartā obiectionē. Cōcedim⁹ enim q̄ ista pphetia p̄serti ab illa parte. populus q̄ ambulabat in tenebris, debeat exponi ō xp̄o eo q̄ euangelista id intellexit. sed non seq̄tur q̄ nō possit etiā intelligi de psecutione iudeoꝝ ante xp̄i aduentū. nā vtrūq̄ʒ auctor illi⁹ lr̄e intellexit. vt supra deductū ē.

¶ Circa capituluʒ.xiiij.

IN capitulo.xiiij. Burgen̄. sm doctrinā sc̄i Tho. dicit pbabiliorē esse illā opinionē que ponit diaboluʒ peccasse stati post primū istās sue creationis. Cōtra quā sentētiā magr̄ Mathias arguit q꜡ motus spūuʒ nō mēsurant̄ tēpore. Nā in euo vt communiter ponitur nō est prius ⁊ posteri⁹ instans: nisi nature psectionis vel originis. nō successionis. qm̄ vt dicit eadē est mensura opa-

tionis rei:q̄ est nature. vnde cū natura angeli ƀm esse sit indiuisibilis:erit etiā indiuisibilis ƀm operari. ¶ Sed certe in hac argumētatione tria magister Mathias assumit falsa. ideo argumentatio est nulla. vnum falsum est ꝙ motus spirituū nō mēsuretur tpe. Hoc eni est cōtra Augustinū viij. sup Geñ. ad lrām dicētem ꝙ de9 mouerit creaturam spūalem ꝑ temp9. quod ꝛ postillator pro quo ille certat supponit. di. super illud. q̄ mane oriebaris. qꝛ inter creationē eius ꝛ lapsum: fuit modicū tempus. Verum ē ꝙ esse ꝛ natura angeloruꝫ non mēsurant̄ tpe. necꝫ opatio eoꝝ beatifica. qm̄ in istis nullā habēt trāsmutationem. sed alie opationes ƀm quas inuenit̄ in angelis transmutatio: tēpore mēsurant̄ cum in eis sit pri9 ꝛ posterius. Nō tamen tēpus illud est eiusdē rōnis cū tēpore quo res corporales ꝛ earū mot9 mēsurantur: cum nō depēdeat a motu celi. ¶ Secūdū falsum est: ꝙ eadē est mēsura opationis rei q̄ est nature. Hoc enī est ꝯtra philosophū iiij. phisicoꝝ. q̄ dicit ꝙ instans est mēsura substātie mobilis in toto motu. ꝛ tn̄ mot9 que ē ei9 opatio non instāti: sed tempore mēsurat̄ vt ibi ꝓbatur. ¶ Itē corpa celestia q̄ intrāsmutabilia sunt ƀm suā substātiam ꝛ esse: euo mēsurant̄. sed eorū motus non euo: sed tēpore mēsurat̄. vt etiā philosophi docuerūt. ¶ Itē in euo non ē prius ꝛ posteri9 successionis vt etiam magister Mathias concedit. quo euo substātia angeli mensurat̄. Et tamē multe opationes sunt angelorū quas nō simul a principio habuerunt necꝫ nūc habēt: vt opationes ille quas habēt circa nos. Itē ꝛ opationes immanentes vt sunt noue illuminationes quas nō semꝑ necꝫ simul habuerūt. Itēꝫ ꝛ eoꝝ intellectiones q̄ dicunt̄ vespertine q̄ non oēs sunt simul ꝛ semꝑ. put Augustinus vult. viij. sup Geñ. ad lrām. Et cum omnes huiusmodi opationes non sint simul in angelis ꝛ semꝑ a sui principio: manifestū est ꝙ erunt in successione. ꝛ ꝑ cōsequens ꝙ non mēsurant̄ euo: quod est totum simul quo substantie angeloꝝ mēsurant̄. ¶ Unde assūptū illud falsissimū ē. ꝛ per consequēs obiectio eius nullius est momēti. Sed contra morulas ipsas quas magister Mathias tetigit: plura se offerebant: nisi a principio me constituissem veritatis sancti Thome defensorem: non aduersantium vbi etiam errasse eos constaret: offensorem.

¶ Circa capitulū. xlviij

IN caplo. xlviij. cum postillator exponeret illud. laude mea infrenabo te ne intereas: de impositione cerimonialiū quibus deus occupauit populū iudeoꝝ ac ꝑ hoc infrenauit ne idolis seruiens interiret. Burgeñ. dicit magis ꝓprie exponi sic. qꝛ ꝑ diuinaꝫ laudem hō ascēdit in deū ꝑ affectū. in tantū ꝙ per hoc retrahitur ab his q̄ sunt contra deū. Ad quod allegat sanctū Tho. secūda secunde. q. xcj. ar. ƀmo. ¶ Cōtra quā expositionē magister Mathias arguēs inducit postilā sancti Tho. in hoc loco q̄ oīno conformis est expositioni postillatoris. et in fine vt aliquid in sctūm Tho. rephensionis retorqueat: dicit Burgēsem relinq̄re dicta sancti Tho. in cōtradictiōe quasi cōtradictio sit inter expositionē suā hic et ea q̄ dixerat secūda secunde. ¶ Sed certe hic magis est arguēdus magr̄ Mathias mali affect9 ꝙꝫ falsi intellect9. Nam non ignorabat ꝙ ꝛ si textus huius capituli ad lrām ꝛ historice intelligēd9 esset ƀm expositionē quā habuit sanct9 Tho. in hoc capitulo ꝛ post euꝫ postillator: ꝙ moraliter exponi possit de quocūꝫ q̄ occupatus in laudib9 diuinis retrahit̄ ab his q̄ sunt cōtra deū. In quo sensu allegat sctūs Tho. auctoritatē hui9 capituli i secūda secūde. ¶ Unde cōstat ꝙ nulla i dictis ei9 ē cōtra-

dictionisi dixerit magister Mathi. ꝙ sensus spũales. vt allegoricus. anagogic⁹. et moralis cõtradicũt sensui litterali. Quod esset nouam ⁊ extraneam theologiam ne dicam erroneam inuenire.

Circa librum Hieremie. Capitulo. x.

In capitulo. x. Hiere. Burgeñ. in sua additiõe allegat sctũ Tho. dicentẽ pma. p. q. lxx. ar. iij. ꝙ inter ponẽtes corpa celestia esse animata: ⁊ ponẽtes ea nõ animata: parua vel nulla differẽtia est in re sed in voce tm̃. Cõtra qd magr̃ Math. arguit q: Plato ⁊ alij philosophi ponẽtes corpa celestia eẽ animata: dixerũt mũdũ esse animal. ac p hoc positio gẽtiliũ voluit aias cõiũgi corporibus celestib⁹ sic vt cõstituerẽt vnum p se cũ eis ⁊ tanq̃ forme. Sed positio catholicoꝝ est ꝙ anime mouẽtes corpa celestia vniant̃ eis vt motores p̃cise ⁊ non vt forme. vnde cõcludit manifestũ esse ꝙ nõ sit modica differẽtia inter p̃dictas opiniones nec vocis tantũ: sed rei. Hec magister Mathi. In quib⁹ plane constat ꝙ de opinionib⁹ aristotelis ⁊ platõis circa animationẽ celestiũ corpoꝝ: nõ recte senserit. Naz plato vt Gregori⁹ nisen⁹ refert qd ⁊ tãgit aristoteles. ij. de anima: posuit hominẽ nõ esse aliq̃d cõpositũ ex aia ⁊ corpore. sed ꝙ ẽ aia vtens corpe vt intelligat̃ esse in corpe sicut nauta in naue. vnde nõ solũ corpa celestia: sed etiam corpa humana dixit nõ aliter animata nisi inq̃tũ anima vnit̃ corpi sicut motor mobili. ⁊ inde ẽ ꝙ posuit animã intellectiuã vniri corpori p spũalem cõtactũ. imo posuit vt philosophus dicit secũdo celi ⁊ mũ. ꝙ moueret celum p quandã coactionẽ ⁊ violẽtiã. quod est cõtra rõnem forme substãtialis alicui⁹ corpis. De aristotele vero mãifestũ est ex viij. phisicoꝝ. et. ij. de celo ꝙ non posuit in corporibus celestib⁹ de virtutib⁹ anime: nisi intellectiuã. vnio aũt intellectiue ptis put a sensitiua ⁊ vegetatiua separatur: ẽ sicut dirigẽtis mouẽtis ⁊ gubernãtis. vñ euidẽter patet ꝙ aristotelici ⁊ platõici nõ docuerint animas celestiũ corpoꝝ eẽ corũ formas substãtiales nec cũ eis aliq̃d vnũ p se ⁊ substãtialiter cõstituere. sed eis vniri sicut motor mobili p̃cise. Ex quo sequit̃ catholicoꝝ positionem ⁊ illorum philosophoꝝ: sola voce differre. nõ in re put sanct⁹ To. dicit. Qd aũtẽ arguens obijcit ex dictis Aug⁹. ꝙ platonici posuerũt mũdũ esse aial: nõ obstat. q: platonici sic dicẽtes: in vocis appellatiõne errauerũt appellãtes animal: aggregatũ ex aia p motore ⁊ corpe p mobili. Quod valde improprie imo ⁊ false dictũ est. Non eni q̃litercũq; cõiũgant̃ aia ⁊ corp⁹: cõstituũt aial. sed si coniungant̃ vt forma ⁊ materia qd illi negabãt. vnde in voce ⁊ nõ in re ofũciebãt. ⁊ est similis mod⁹ loquẽdi cuz magr̃ sentẽtiaꝝ dixit. xxij. dis. tertij libri. xp̃m in triduo mortis fuisse hoiem. Nõ eni errauit in sensu credẽs aiam xp̃i in triduo mortis ei⁹ non fuisse a carne vere ⁊ realiter separatã. q: hoc esset erroneũ. sed errauit in vocis appellatione putãs aiam ⁊ corpus etiã non coniuncta: sufficere ad hoc ꝙ suppositum diuinum cui vtrũq; vnitũ mansit: denominaretur homo.

Circa euãgeliũ mathei. Capitulo. iiij.

In caplo. iiij. Mat. sup illud. maritima in finib⁹ zabulõ. Postillator reprobat expositionẽ q̃ intelligit illaz esaie pphetiã: de duab⁹ captiuitatib⁹ hebreoꝝ. quaz posuit sanctus Tho. supra esaie. ix. ⁊ obijcit hic postillator hisdẽ rõnibus q̃bus ibi. sed de responsione p sctõ Tho. vide ibi esa. ix. Ratio autẽ q̃ hic p postillatorẽ addit̃ ꝙ q: illud.

Paruulꝰ natꝰ est nobis exponit̃ ab omnibꝰ de xp̃o. ꝙ ideo totũ p̃cedens capitulũ debeat de solo xp̃o exponi: nõ cogit. quoniaꝫ ſm regulas traditas ab Iſidoꝛo de modo exponẽdi ſacrã ſcripturã. q̃s etiam poſtillatoꝛ p̃miſit in ſecũdo ꝓlogo ſuper Geñ. aliq̃n ſcriptura ſimul cõtexit ſermones q̃ ad diuerſa referunt̃. Unde ⁊ in eodẽ capitulo eſa. cũ exponat̃ illud. paruulꝰ natus eſt nobis ď xp̃o ad lr̃am: ſtatĩ ſequentem. ẜ. verbũ miſit dñs ⁊c. ipſemet poſtillatoꝛ exponit de liberatione ppl̃i iude a regibus iſrael ⁊ ſirie ip̃m ꝑſequentibus.

¶ Circa capitulum. xj.

In caplo. xj. Burgeñ. i ſua additione inducit ad ꝓpoſitum ſuũ ꝙ xp̃s in ſciẽtia acq̃ſita ac expimẽtali ꝓfecerit ſm ꝓceſſum etatis. Q̃ď dictũ eſt ſm doctrinã ſancti Tho. iij. p. q. xij. ar. ij. q̃ꝗ Burgeñ. illud non alleget. ¶ Sed magiſter Mathi. ne aliq̃d de doctrina ſcti Tho. ſuis calũnijs relinquat intactum: inquit. dictuꝫ illud ea rõne eſſe dubiũ: quia ſi xp̃s aliquid didiciſſet p experientiã quod p̃us vel qualiter p̃us non nouit: ſequit̃ ꝙ non fuit ab inſtanti cõceptionis ſue omniſciẽs. quod eſt cõtra ſanctos doctores ⁊ magiſtrũ ſentẽtiarum libꝛo. iij. Hec magiſter Mathias. ¶ In qua argumẽtatione ſi accipit omniſciens ſm ꝓpꝛiam ſignificationẽ ⁊ cõmunẽ vſũ loquẽdi ſanctoꝝ doctoꝝ. ꝓut. ſ. dicit̃ omniſciẽs. i. omnia ſciẽs: certe nõ eſſet magnũ ꝙ mediocriter doctꝰ in dialecticis: plene atqꝫ in ꝓmptu rõnem ſuã euacuaret. diceret enim ꝙ in argumẽto cõmittit̃ fallacia figure dictionis. nã mutat̃ quid in qualiter. cũ dicitur xp̃s eſt omniſciẽs ab inſtanti conceptionis: ergo p proceſſum etatis nõ alio modo nouit aliquid q̃ꝫ pꝛius. Unde concedimus ꝙ nihil xp̃s nouerit p ſciẽtiam experimentalem quod ante per ſciẽtiam inditam ac beatã non ſciuerit. Sed cum hoc ſtat ꝙ per ſcientiam acquiſitam vel experimentalem ſciuerit alio modo. ſ. per actionẽ intellectꝰ agentis abſtrahentis ſpecies intelligibiles a phantaſmatibꝰ. ¶ Si foꝛte accipit arguens omniſciens abuſiue ⁊ extra mentem loquentium id eſt omnia ⁊ omnimodo ſciens: ſic non conceditur ꝙ xp̃s ab iſtanti cõceptionis fuit omniſciẽs. nec illo ſcti doctores vnq̃ꝫ dixerũt.

¶ Circa capitulum. xix.

In caplo. xix. cuꝫ Burgeñ. de indiuiſibilitate matrimonij tractaret cõtra modum dicẽdi poſtillatoꝛis: inducit ad ꝓpoſitũ ſuũ quoddã ſãcti Tho. dictũ ex p̃ma ſecũde. q. cij. ar. v. ad tertiũ. ſ. ꝙ matrimoniũ fuerit in veteri lege ꝓut eſt in officiũ nature. nõ aũt ꝓut eſt ſacramẽtum cõiunctionis xp̃i ⁊ eccleſie q̃ nondũ erat ſacta. ¶ Sed magr̃ Mathias ſua mirabili ſapiẽtia obijcit in contrariũ. Pꝛimo qꝛ vt btũs Gregorius ait. eccl̃ia incepit ab abel iuſto. ergo incõueniens eſt dicere ꝙ in veteri lege non fuiſſet deo coniũcta. ¶ Secũdo qꝛ vetus teſtamentũ frequẽter oſtendit ſinagogam deo deſpõſatã. q̃ deſponſatio eſt in vna ſpõſa vſqꝫ ad nouiſſimũ iuſtũ. cui eccleſie totali xp̃s vt ſpõſus ſm deitatẽ ab initio cõiunctus ẽ. Nã xp̃s ⁊ ſi ex tpe eſt ſacrꝰ homo: eternaliter tamẽ fuit xp̃s. qꝛ a patre vnctꝰ ꝓut vnctio ſignificat cõmunicationẽ per generationẽ. ¶ Itẽ ſm magiſtrum ⁊ doctoꝛes libꝛo. iiij. matrimoniũ fuit ſacramẽtum ante peccatũ. igit̃ alicuꝰ ſacre rei ſignum ⁊ nõ niſi cõiũctionis dei ad animam iuſtã q̃ eſt eccleſia vel i eccl̃ia. Hec magr̃ Mathi. ¶ In quibꝰ admiratiõe dignũ habet̃ quo ſpũ de ſacris litteris ac ſacramẽtis diuinis: argumẽtis dũtaxat ſophiſticis ſuſcitet diſputationem. Cum enim ſctũs Tho. dicat ꝙ in veteri lege nonduꝫ

facta fuerat cõiunctio xp̄i ad eccl'iam: loq̄tur vt cõmuniter doctores loquunt̄ ꝺ xp̄o ⁊ ecclesia. De xp̄o: ſm q̄ nominat subsistẽs in duabus naturis. diuina. s. ⁊ humana. Qđ ⁊ ꝓpria nominis significatio importat. Itẽ loquit̄ de cõiunctione xp̄i ⁊ ecclesie q̄ facta est mediãte incarnatione per quã factũ ē vnum corp⁹ ecclesie ſm cõformitatem nature cui⁹ xp̄s est caput prout apl's ait p̄ma Cori. xij. ⁊ Ephe. p̄mo ⁊. v. Unde magr̄ li. iiij. xxvj. distin. exponens illud apl'i ephe. v. ego aũt dico in xp̄o ⁊ ecclesia: ait. ecclesia xp̄o copulat̄ volũtate ⁊ natura q₂ idem vult cũ eo ⁊ ipse formã assumpsit de natura hoīs. Itẽ loquit̄ sctũs Tho. de cõiunctione spūali q̄ fit ꝑ nouitatẽ gr̄e in sacramẽtis ex ope opato collate: per quẽ modũ apl's dicit prima Cori. xij. eteni in vno spū om̄es nos in vnũ corpus baptizati sum⁹. De qua etiã cõiunctione dñs dicebat Mat. vlti. ecce ego vobiscũ sum omnib⁹ dieb⁹ vsq₃ ad cõsumationez seculi. q̄ modus cõiunctionis. s. ꝑ gratiam datã in sacramẽtis ex ope opato: non fuerat ante xp̄i incarnationẽ. ❡ Item loquit̄ de ecclesia ꝓut dicit multitudinẽ fidelium noua lege gr̄e ⁊ nouis gr̄e sacramẽtis adunatam. de q̄ apl's dicit Ephe. v. q̄ xp̄s dilexit ecclesiã ⁊ seipsum tradidit ꝓ ea vt illam sanctificaret mũdans eam lauachro aque in verbo vite. De qua etiã dñs inq̄t petro. tu es petr⁹ ⁊ sup hanc petrã edificabo eccl'iaz meã. Mat. xvj. Ecclesia enim in hac significatione: nõ fuit ãte xp̄i incarnationẽ sed formata fuit ꝓfluentibus vndis aque ⁊ sanguinis ex latere xp̄i dormiẽtis ꝓut habetur expresse de summa trinitate ⁊ fi. catho. in clemẽ. ❡ Secundũ has acceptiones xp̄i ecclesie ⁊ coniunctionis q̄ sunt ꝓprie ⁊ in cõmuni vsu loquendi doctorum: patet euidenter equiuocatio commissa in primis duobus magistri Mathie sophismatibus in quibus accipitur xp̄s ꝓ supposito filij dei. nõ vt subsistit in natura humana: ⁊ ecclesia generaliter ꝓ quacũq₃ fidelium cõgregatione: ⁊ coniunctio ꝓ vnione anime ad deuz ꝑ gr̄am cõmuniter dictã. ❡ Quod aũt dicit xp̄z eternaliter fuisse: sub hoc intellectu quia fili⁹ est a p̄re vnctus ꝓut vnctio significat cõmunicationẽ ꝑ generationẽ: noua q̄dam adinuẽtio est ⁊ modus loquẽdi periculosus. nã vt sctũs Tho. notabiliter dicit contra gẽtiles li. iiij. cap̄. xxxiiij. nusq₃ ante incarnationẽ dñi: scriptura nominat deum aut dei verbũ: xp̄m. qm̄ xp̄s vnctus interpretat̄. xp̄s aũt Jesus: vnctus dicit̄ spiritu sancto ꝓut btūs petrus exponit actuũ x. Unde cũ fili⁹ dei ab eterno nõ sit vnct⁹ spū sancto q₂ sic spūs sanct⁹ esset maior filio vt sanctificãs sanctificato. vel fili⁹ procederet a spū sancto. vocãdo improprie ⁊ abusiue vnctionẽ emanationẽ qđ est erroneũ. Sequit̄ q̄ filius dei nõ fuerit ꝓprie loquendo xp̄s ab eterno nisi ſm dei p̄destinationẽ. ❡ Ad tertiũ quod est ex auctoritate magistri ⁊ doctoꝝ li. iiij. dicit̄ q̄ ante peccatũ vtiq₃ verũ est: matrimoniũ fuisse sacramẽtum vt cõmuniter dicit̄. i. sacre rei signũ. Non solũ coniunctionis dei ad animã vt arguẽs min⁹ subtiliter obiecit: sed etiã coniũctionis xp̄i ad ecclesiã tẽpore plenitudinis gr̄e realiter fiẽde. ſm quez modũ nõ negat sanct⁹ Tho. matrimonium ante peccatũ fuisse sacramẽtuz: sed expresse illud docet secũda secũde. q. ij. arti. vij. qđ sacramẽtum dicit p̄mũ hominẽ nõ ignorosse. idẽ sentit. iij. parte. q. p̄ma arti. iij. Et multũ expresse. q. lxj. ar. ij. ad tertiũ. Et tñ nõ ideo sequit̄ q̄ matrimoniũ vt ē sacramentũ noue legis: fuerit ante peccatũ. Certum est eni matrimonium esse sacramentum noue legis vnũ de septẽ sacramẽtis ecclesie. Cũ hoc teneat ecclesia ⁊ cõtrariũ dicere sit hereticũ ꝑ cap̄. ad abolendã de hereticis. ⁊ ꝑ cõsequẽs q̄ institutionẽ habuit a xp̄o sicut ⁊ cetera eccl'ie sacramẽta. In q̄ acceptione nõ fuit realiter ⁊ i

actu ante xp̄i incarnationē alias nō fuiss3 institutum a xp̄o. Et in hac significatione loquit̄ sanct⁹ Tho. de sacramēto vbi in loco p̄allegato p̄ma secūde dicit matrimoniū in veteri lege nō fuisse sacramētū. Unde et .iij. p. q. lxj. ar. ij. ad. iij. vtrū q̄3 concedit, et q̄ ante peccatū non fuit sacr̄m. et q̄ fuit signū cōiunctionis xp̄i ad ecclesiam. Inq̄t eni sic. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ matrimoniū fuit i͞stitutu3 in statu innocētie nō s̄m q̄ est sacr̄m: sed s̄m q̄ est in officiū nature. ex cōsequēti t̄n aliq̄d significabat futurū circa xp̄m ⁊ ecclesiā sicut ⁊ oīa alia i figura xp̄i precesserūt. Hec sctūs Tho. Male ergo incepte ⁊ sophistice magister Mathi. impugnat dictum sc̄i Tho. In quo ⁊ apte magistro Scoto aduersat̄ cuius doctrinā ip̄e colit q̄. xxvj. di. iiij. li. tenet q̄ matrimoniū ante pc̄m non fuit sacr̄m p̄prie loquēdo. Itē ⁊ postillatorē cui⁹ se fatetur defensorē: nō min⁹ q̄3 sanctū tho. rep̄hēdere cōprobat̄. Nā sup illud ephe. v. Ego aūt dico in xp̄o ⁊ ecc̄lia. sic ait postillator. licet eni filius dei p̄rem nō reliq̄rit q̄2 semp est in sinu patris vt dicit̄ Joā. p̄mo: t̄n s̄m quendā apparētiā dicitur patrē reliquisse in q̄3tum apparuit in mūdo visibilis in forma serui ad cōiungēdum sibi ecclesiā p mysteriū incarnationis ⁊ passionis sue sicut spōsam. Hec postillator. vbi coniunctionem xp̄i ⁊ ecclesie dixit fuisse per incarnationem filij dei.

¶ Circa capitulu3. xxj.

In capitulo. xxj. occasione illius verbi. Hic est heres. postillator mouet q̄stionem vtrū iudei cognouerint Jesum nazarenū esse xp̄m sibi p̄missum. In cuius absolutione recitat opinionem q̄ sancti Tho. est. iij. parte. q. xlvij. articulo. v. scilicet q̄ in pop̄lo iudeorum ij qui dicebant̄ minores vt laici ⁊ vulgares ea dūtaxat scientes que sunt de necessitate salutis: subtilia tamē scripturaꝝ ⁊ p̄phetarū dicta ignorātes: nō cognouerunt Jesum esse xp̄m p̄phetam in lege p̄missum. ea rōne quia scripturas ignorabant q̄ de temporis determinatione ⁊ de signis aduētus sui loquunt̄. Sed maiores qui principes eorū dicebant̄: cognouerūt eum esse p̄phetā a deo p̄missum ⁊ missū. quia cū scirent scripturas q̄ de signis ⁊ tēpore sui aduētus loquunt̄: videbāt oīa in eo impleri q̄ scripta erāt. ipsum tamen esse deū non cognouerunt. Unū ap̄ls dixit p̄ma Corin. ij. Si eni cognouissent nūq̄3 dn̄m glīe crucifixissent. q̄si diceret. nūq̄3 eius diuinitatē cognouerūt. ¶ Hoc tamē secundū postillator declinat ⁊ tenet q̄ maiores ac pricipes iudeoꝝ cognouerūt xp̄m esse deū. ⁊ p̄bat illud cōtra positionē sancti Tho. tum q̄2 Joānis. xv. xp̄s ait. nūc autē viderūt ⁊ oderūt me ⁊ patrē meum. q̄d autē videtur: manifeste cognoscit̄. tum quia sup illud q̄ dicit̄ in hoc cap̄lo. Agricole vidētes filiū dixerūt intra se. Hic est heres. Dicit Hieronym⁹. manifeste probat dn̄s his verbis iudeoꝝ principes nō per ignorantiā sed p inuidiā dei filiū crucifixisse. tum etiā per rōnem. q̄2 sicut scripture determinate loquunt̄ de tēpore aduētus xp̄i Danie. ix. ⁊ de signis sui aduētus. Gen̄. xlix. ⁊ de modo ei⁹ veniēdi. in paupertate ⁊ humilitate zacha. ix. ita expresse vel expressius loquuntur scripture p̄phetaꝝ de eius diuinitate. Hiere. xxiij. ecce dies veniunt ⁊c̄. In qua auctoritate vbi ponitur dn̄s: habet̄ in hebreo nomē tethagrammaton. q̄d nullo modo pōt dici de alio nisi d̄ deo vero. Unde cū ista auctoritas etiam s̄m doctores hebraicos exposita sit d̄ xp̄o. sequit̄ ipsum esse verū deū. ¶ Itē Esaie ix. Paruulus datus est nobis ⁊c̄. Sequit̄. ⁊ vocabitur nomē eius admirabilis consiliarius. deus fortis. que auctoritas etia3 s̄m hebreos intelligitur de xp̄o in qua fit expressa mentio de eius diuinitate. Ex q̄-

bus cōcludit postillator q̄ maiores de populo iudeoꝝ sicut habuerūt noticiaȝ de tempore ⁊ signis aduentus xp̄i: ita noticiam per scripturas habuerūt de eius diuinitate. ⁊ sic dicit q̄ in p̄ncipio p̄dicationis xp̄i: iudeoꝝ maiores verā de ipso habuerunt extimationē ⁊ in habitu ⁊ in actu q̄. s. esset deus. sed cū incepit contra eos predicare: passionibus ire inuidie ⁊ rancoris excitati sunt contra eum. quibus passionib⁹ impediti ab actuali cōsideratione eius veritatis quam p̄us habuerāt de xp̄o: machinati sunt in eius mortem ad modū incōtinētis qui passione cōcupiscibili absor⁹: elegit fornicari. quod alias nouit esse malum ⁊ fugiēdū. Hec postillator i summa. ¶ Que tamē reuera modicam scto Tho. afferunt difficultatē. Nā ad primas duas auctoritates ip̄e sctūs Tho. respōdet expsse. iij. par. loco p̄allegato. Ad p̄mā q̄ in ea auctoritate. s. viderunt: nō refertur ad diuinitatē necq̄ ad p̄sonām xp̄i: sed ad miracula q̄ ante eos fecerat. ex q̄bus q̄ eum nō cognoscerēt filiū dei: ex odio ⁊ inuidia p̄cessit. Unde ante illa verba p̄mittit si opera nō fecissem que nemo alius fecit: peccatum nō haberēt. Sequit̄ immediate. nunc autem viderūt. s. op̄a. vnde nō dicit̄ viderunt me. ⁊ ita auctoritas illa non facit pro parte postillatoris. Ad secundaȝ r̄ndet q̄ principes iudeoꝝ in p̄sona colonū dixerūt xp̄m esse heredē: quia cognouerūt ipsum esse xp̄m p̄missum in lege. ⁊ esse filiū dei. nō per naturā: sed p̄ excellentiā gr̄e singularis. nō eniȝ poterāt mēte cōcipere q̄ crucifigerēt eum si ipsum esse filiū dei p̄ naturam cognouerāt. Nam vt bene dicit burgeñ. nullus in tantam deuenit insaniaȝ: q̄ credat diuinā maiestatem in p̄pria p̄sona superare. ¶ Ad rōnem postillatoris respondet Burgeñ. ⁊ bene. q̄ q̄ꝫq̄ꝫ scripture sacre p̄phetarum que mentionem expressam faciunt de diuinitate xp̄i sint b̄m verū intellectū satis euidētes fidelibus ad eiusmodi mysterium ostēdendum: ex illis tamen non sumitur efficax argumētum ad hoc q̄ principes iudeoꝝ tale mysteriuȝ de diuinitate xp̄i cognouissent. quia hoc mysterium in tm̄ capacitatem humanā excedit: q̄ raro vel nūq̄ꝫ sine auxilio dei speciali intelligi pōt. Unde p̄missa auctoritates veteris testamenti maiores iudeorum varie poterant exponere non valentes tātam excellētiam capere. nisi quibus diuina fiebat de eo reuelatio. Poterant enim putare q̄ essent intelligēde non b̄m p̄priā significationē: sed similitudinarie. sicut cū deus in sacra scriptura leo appellatur vel agnus aut lapis. Nec est simile quod postillator inducit de alijs xp̄i conditionib⁹. vt de tempore ⁊ signis aduentus eius. de virtutibus ⁊ eius excellētia respectu alioꝝ p̄phetarū ⁊ similiū. Nā cognitio harum cōditionū non excedit cōmuneȝ humane itelligētie capacitatē vt d̄ se patet. ¶ Sed magister Mathi. hanc solutioneȝ putat esse min⁹ sufficientē dicēs. q̄ vbi sacra scriptura plane dicit aliquid ad fidē ⁊ mores p̄tinens: ibi fides debet adhiberi p̄ut dicit btūs augustin⁹. xj. de ciui. dei. Unde cū sacra scriptura clare dicat p̄ut etiam a doctoribus hebreoꝝ exponit̄ xp̄m fore deuȝ: ei fides accōmodanda ē. ⁊ p̄ cōsequēs non erat necessaria specialis reuelatio apud doctos ⁊ p̄ncipes iudeoꝝ ad illud sciēduȝ. sed sufficere potuit fides acq̄sita nō impedita p̄ prauā volūtatē. ¶ Et preterea dicit ipse dissimilitudo inter noticiā d̄ xp̄i diuinitate ⁊ noticiā de tēpore ⁊ signis ⁊ alijs cōditionibus aduēt⁹ xp̄i quā Burgeñ. assignat: non valet. q̄ tēpus aduēt⁹ xp̄i in scripturis ita fuit occultatū in cōputatiōe ebdomadarū a daniele descriptarū: q̄ nō solū apud hebreos: sed etiā apud catholicos doctores in expositione multa est diuersitas. Similiter ⁊ alij passus sonantes tēpus aduēt⁹ xp̄i ab hebreis modernis ⁊ antiq̄s corrupte exponunt̄. ergo non pōt

sumi ex scripturis argumẽtuȝ efficax ꝺ ad
uẽtu xp̄i sicut nec ꝺ ei⁹ deitate. Hec magr̄
Mathi. Nonnulla alia deducit contra
Burgeñ. q̄ certe digna essent reprehẽsiõe
nisi ꝓpositi nr̄i fuisset vt a p̄ncipio ꝓmisi
mus: ea p̄cise q̄ sanct⁹ Tho. docuit defende
re ac ꝓbare. ¶ Dicim⁹ ergo ad primam
impugnationẽ magistri mathie. p̄mo fal-
sum esse ꝙ sacra scriptura veteris testamẽ
ti clare dicat xp̄m fore verũ deũ ita ꝙ cer-
titudinẽ faciat euidentie. nec sit necessaria
fideȝ infusa sed sufficiat fides acquisita ꝑ-
ut ipse dicit. Nam mysteriũ incarnatiõis
xp̄i expressius ponit̄ in nouo testamẽto q̄ȝ
in veteri vt de se patet ⁊ ab omnib⁹ conce
ditur. ⁊ tamẽ multi heretici totũ nouuȝ te-
stamentum recipiẽtes: illud ꝓ suis errori-
bus exponũt. ⁊ aliq̄ negant diuinitateȝ in
xp̄o vt arri⁹. Aliqui verã humanitatem
sicut maniche⁹. Alij dicũt xp̄ȝ nõ habuis
se animã intellectiuã vt appollinaris. Ex
quibus erroribus sequit̄ xp̄m nõ esse ve-
rũ deum ⁊ hominẽ. ergo si predicti hereti-
ci exponebãt ꝓ se nouũ testamẽtum: mul
to magis iudei poterũt ꝓ se expõere scrip
turas veteris testamẽti in quibus minus
expresse mysteriũ incarnationis habetur.
Sed ⁊ postillator cuius magister mathi.
se defensorem predicat: expresse dicit hoc
loco in fine q̄stionis sue ꝙ noticia quaȝ iu
dei habuerũt per scripturas ꝓphetarum:
non erat certa certitudine euidẽtie. Tum
quia talis certitudo ꝑ demõstrationẽ ha-
betur. tum etiã quia ꝓphetie possunt mul
tipliciter exponi. Et in disputatione sua
quã fecit vtrũ ex scripturis receptis a iu-
deis possit efficaciter ꝓbari saluatorẽ no-
strum fuisse deũ ⁊ hominẽ: manifeste tenet
ꝙ id ꝓbari non potest efficaci ꝓbatione.
ita ꝙ nullo modo possit euitari sine euidẽ
ti negatione vel cõtradictione sacre scrip-
ture. Non ergo postillator vellet sic ꝑ ma
gistruȝ Mathi. defendi. ⁊ cum dicit ꝙ a
doctoribus hebreoꝝ exponit̄ per auctori-
tates scripture xp̄m esse verum deũ ⁊ ho-
minẽ: dico ꝙ eam expositionẽ quidã spe-
ciali dei auxilio habuerũt magis q̄ȝ ex ip-
sa auctoritatũ euidẽtia. vnde ⁊ legẽtiũ hu
iusmodi auctoritates alij verũ habuerunt
intellectũ: alij falsum. in quo ⁊ nõ modica
inuenit̄ varietas. Ex quo sequit̄ falsum
esse qd̄ secundo dicit. s. ꝙ apud doctos et
principes iudeoꝝ non erat necessaria spe-
cialis reuelatio ad sciẽdum xp̄m esse deuȝ
⁊ est cõtra id ꝙ ap̄l's dicit p̄ma Corin. ij.
oculus nõ vidit nec auris audiuit nec i cor
hois ascẽdit q̄ preparauit de⁹ hijs qui di-
ligunt illum. nobis aũt reuelauit de⁹ per
sp̄m suũ. vnũ enim eoꝝ q̄ preparata sũt
diligẽtib⁹ deũ: est cognitio mysterij icar-
nationis s̄m illud Joã. xvij. Hec est vita
eterna vt cognoscant te deũ verũ ⁊ queȝ
misisti iesuȝ xp̄m. Itẽ cõtra illud Sapiẽ.
ix. sensum autẽ tuũ quis sciet nisi tu dede-
ris sapientiam ⁊ miseris sp̄ũȝ tuũ de altis-
simis: et Job. xxxij. inspiratio oi͞potentis
dat intelligẽtiã. ¶ Quod aũt vlteri⁹ dicit
magister Mathias ita fuisse occultatum
doctis iudeoꝝ ex scripturis legis ⁊ ꝓphe-
tarũ tẽpus aduẽtus xp̄i quẽadmodum et
ei⁹ diuinitas: manifeste falsuȝ est. tũ quia
de tp̄e ⁊ modo aduẽtus xp̄i: sunt auctorita
tes in veteri testamẽto multũ expresse i se
⁊ ex circũstãtijs. sicut patet plane geñ. xlix
Agei. ij. Danie. ix. ⁊ alijs locis. De diui-
nitate aũt xp̄i nõ tã explicite habet̄ i scrip
tura veteris testamẽti. tum etiaȝ q: ⁊ si de
xp̄i deitate tã exp̄sse ⁊ explicite loq̄rent̄ au
ctoritates ꝓphetarũ sicut ꝺ ei⁹ aduẽtu: tñ
q: mysteriũ diuinitatis xp̄i excedit non so
lũ humane sed ⁊ angelice itelligẽtie capa-
citatẽ: ⁊ est miraculũ miraculoꝝ: magis oc
cultũ esset hoibus ⁊ incõprehẽsibile etiaȝ
doctis in scripturis: q̄ȝ tẽpus aduẽt⁹ eius
quod si explicite describat̄: non excedit fa
cultatẽ hominis naturalẽ. ¶ Itẽ falsum ẽ
ꝙ de tp̄e aduẽtus xp̄i; nõ habent̄ exposi-
tiones hebreoꝝ vt ip̄e magr̄ dicit. sed ⁊ in.

hoc a suo postillatore recedit qui in dispu
tatione sua supra allegata circa tēpus ad-
uent⁹ xp̄i: recitat expositiones hebreorũ
cōcludēs ex eis tēpus illud iā preteritum.
¶ Et ꝑterea magister Mathi. non soluit
sufficiēter rōnē Burgeñ. cōtra opinionē
postillatoris sumptā ex illa auctoritate hu
ius capli. Hic est heres venite occidamus
eum. Nā vt Burgeñ. hic tangit ⁊ magis
expsse ꝑma Corin. ij. nō valet dicere sicut
hic soluit magr̄ Mathi. q̄ āte crucifixio-
nem habuerūt docti iudeoꝝ nondū inui-
dia ⁊ odio excecati: verā extimationem de
xp̄i deitate in vniuersali ſm quā dixerūt.
hic est heres. et tñ tpe crucifixionis habue
rūt falsā extimationē in particulari ᷣ ei⁹
deitate odio ⁊ inuidia deprauati. Nō eñ
hec solutio satisfacit: qm̄ parabola euāge
lica manifeste loquit̃ de tpe crucifixionis
cum dicat. Hic est heres. venite occidam⁹
eum. ¶ Itē nō satis apparet q̄d velit sig-
nificare magister Mathi. cum dicit. Iu-
deos ante crucifixionē habuisse verā exti-
mationē in vniuersali de xp̄i deitate. sꝫ q̄
extimatio particularis. s. tpe crucifixionis:
fuerit impedita odio ⁊ īuidia. Nam si vo-
cet extimationē in vniuersali de xp̄i deita-
te. hāc. s. q̄ xp̄s esset vel futurus esset deus
quicūq; hō in particulari diceret xp̄s: cō-
cedimus. sed illud doctrine sc̄i Tho. non
aduersat̃. Negat enī sc̄tūs Tho. q̄ iudei
cognouissent illū hoiem xp̄m quē oculis
videbāt in actu existētie inter eos conuer-
santē: esse deū cū essent odio ⁊ inuidia ex-
cecati. sed non negat quin ꝑ scripturas ꝓ-
phetarū: docti eorū habuissent noticiam
deo inspirante: q̄ xp̄s quicūq; ille foret fu
turus esset deus. Si autem appellet exti
mationē in vniuersali eam quā iudei ha-
buissent ante crucifixionē q̄. s. ille singula
ris homo xp̄s quē actualiter ⁊ presentiali-
ter videbant inter se cōuersantē esset de⁹
⁊ extimationē in particulari appellet ip-
sammet extimationem ꝓ tempore crucifi-
xionis quam dicit iudeos nō habuisse: ine
pte ⁊ cōtra omnia artis dialectice documē
ta loquit̃. Non enim ꝓpositiones de eo-
dē subiecto numero ⁊ predicato variant̃
ſm rōnem vniuersalitatis ⁊ singularitat̃:
ꝓpterea q̄ diuersis temporibus ab intel-
lectu aut formant̃ aut cōcipiuntur: sed ac-
cipiunt̃ vniuersalitas ⁊ singularitas i ꝓ-
positionibus: ſm q̄ res subiecta abstrahi
tur vel nō abstrahit̃ ab īdiuidualibus cō
ditionibus. Q̄ diuersitas non fuit in exsti-
matione aut apprehēsione iudeorum ᷣ di
uinitate xp̄i pro tempore crucifixionis xp̄i
⁊ ante crucifixionem. cum in vtroq; tēpo-
re: de eodem homine singulari ꝑut parti-
culariter et indiuidualiter videbant eum
actu existere ⁊ inter eos cōuersari: habue-
rint existimationē suam. ¶ Ex q̄b⁹ oibus
satis apparet q̄ rationes postillatoris cō
tra sc̄tūm Tho. sunt inualide ⁊ q̄ valde
inepte ⁊ minus sufficiēter ꝑ dicta magistri
Mathie ꝓbentur. ⁊ ꝑ consequēs q̄ posi
tio sancti Tho. rationabilior ac verior sit.
q̄ forte diligēti⁹ cōsiderans postillator ꝑ
ma Corin. ij. sup illud. Si enim cognouis
sent ⁊c. ad modū dicendi sc̄i Tho. redire
videt̃. Inquit enī ⁊ breuiter pōt repeti cō
clusio. s. q̄ periti iudeoꝝ qui principes hic
dicunt̃: cognouerūt iesum nazarenū esse
messiam in lege ⁊ ꝓphetis ꝓmissū. quia
videbant ꝓphetias ᷣ ipso impletas quā-
tum ad tempus ⁊ locū ⁊ alias circunstan-
tias. Sed quia cepit predicare contra vi-
tia eorū publice: cognitio illa ꝑ odium et
inuidiā contra xp̄m insurgentē fuit in eis
obscurata ⁊ ceperunt ꝓphetias aliter in-
terpretari. Hec postillator. In qua cōclu
sione nullam fecit mentionē de diuinitate
xp̄i. imo videt̃ q̄ ea intētione hanc conclu
sionē voluit repetere: vt ibi corrigeret q̄ᷣ
in hoc capitulo mathei dixerat de xp̄i diui
nitate cognita a iudeis. nā alias: bene po
terat transire in eo loco sine replicatione il
lius conclusionis. presertim quia ante cō-

clusionem subiunxerat. de hoc plenius dixi super .xxj. capi. Mat. qđ certe poterat ipsum excusare a tali reiteratione: nisi voluisset ibi corrigere: que hic apud Matheum scripserat.

¶ Circa euãgeliũ marci. Capitulo quinto.

In caplo .v. postillator mouet questionez si xp̄s fecerit miracula sola virtute diuina. In cuius ꝓsecutione recitat modũ dicẽdi qui cõmunior est. q. s. virtus sancti viri opantis miracula: non est aliqua virtus ꝑmanens ꝑ modũ habitus. sed per modum passionis trãseuntis sicut ⁊ ꝓpheria. Et inducit ad hoc rationem q̃ sancti Tho. est in q̃stionibus de potẽtia dei. q. vj. de miraculis. arti. iiij. quã etiã tangit scđa secũde. q. clxxviij. arti. ꝑmo ad ꝑmũ. q: si virt⁹ faciẽdi miracula in viris sanctis esset ꝑ modũ habitus ꝑmanẽs: quotiẽscũq3 vellẽt miracula facerent. ¶ Hãc ratione postillator dicit inualidam inquiẽs. Sed quicq̃d sit đ cõclusione. ratio tamẽ nõ valet. quia sicut dictum est: talis virtus opandi miracula non ẽ ꝑncipalis. sed tãtũ instrumẽtalis. Instrumẽtum autẽ operari non põt q̃zuis sit ꝑfectũ per formã suã: nisi moueat̃ actualiter per manũ artificis. sicut patet q: securis nõ potest secare nisi ꝑ manũ artificis moueatur. ⁊ ideo dato q: talis virtus sit mansiua: nõ potest tamen operari ad miracula absq3 motione diuine virtutis principaliter agẽtis. Hec postillator. ¶ In quibus plane dupliciter deficit: quare ⁊ rõ sancti Tho. in suo manet vigore. deficit primo q: vniuersaliter loquẽs dicit instrumẽtũ q̃ztumcũq3 ꝑ formã sit ꝑfectum: nõ posse opari nisi tunc precise quando a principali agẽte actualiter mouetur. Hoc enim falsũ ẽ. Nam seruus vt philosoph⁹ dicit in ꝑmo politi. instrumẽtuz est dñi sui ⁊ tamẽ agit vt instrumẽtum cũ exequit̃ preceptũ eius cessante actuali motione dñi que est impositio precepti. Itẽ semẽ ꝭm philosophos instrumẽtum est anime generãtis. sed quia virtutẽ habet non trãseuntẽ sed manentẽ a generante derelictã: agit disponendo ad animã geniti etiã postq̃3 actu cessat motio actualis generantis q̃ in seminis decisione consistit. Item herbe potiones emplastra ⁊ alie res medicinales instrumẽta sunt secundum aliquẽ modum medicoꝝ. sed ꝓpter virtutes agendi quas habẽt ꝑmanentes: operant̃ ad sanitatis restitutionẽ: cessante actuali medicoꝝ motione que in talium rerũ applicatione consistit. ⁊ idem in multis huiusmodi instrumẽtis inuenitur. falsa ergo est illa propositio postillatoris absolute ⁊ vniuersaliter intellecta sicut ipse loquitur. ¶ Deficit secundo in illatione quam intẽdit. non enim recte infert̃ absolute ⁊ vniuersaliter. Instrumẽtum non agit nisi actualiter moueatur a principali agente: ergo q̃ztũcũq3 perfectũ sit per formam: non habet in potestate sua agere cũ voluerit. Apparet manifeste falsum. naz ministri sacramẽtoꝝ instrumẽta dei sunt ĩ dispẽsandis sacramẽtis. ⁊ deus ꝑncipaliter ⁊ actualiter agit circa sacramentorum collationem. Sed q: sacerdos caracterez habet que est virtus ꝑfecta permanens ⁊ imobiliter se habens ꝑ modũ habit⁹ q̃zuis habit⁹ non sit sed potẽtia: põt quotiens voluerit cõficere debita materia ꝑsupposita. vnde ⁊ intẽtio agẽdi requirit̃ ĩ ministro sacramentoꝝ de necessitate. qđ non esset: si in eius potestate nõ ess3 circa sacramenta agere. Itẽ nec error qui in sacramẽtis accideret ministris imputaret̃: si sacramentorum dispensatio in eorum potestate non esset. Itẽ humanitas xp̄i instrumẽtum fuit diuinitatis: sed nephas est dicere q: per actiones suas ⁊ passiones non meruerit homo xp̄s nobis salutem. meritum autem est ꝭm actiões vel passiones q̃ sunt in potestate eius qui meretur. vnde q: naturalia in potestate nostra non sunt: ideo

secundum philosophum naturalibus nō meremur. Item viri iusti in actionibꝰ suis instrumenta sunt spiritus sancti. ſm illud Roma. viij. quicūqꝫ spiritu dei aguntur hij filij dei sunt. ⁊ tamen operationes iustorum in potestate eoruꝫ sunt: alias nō essent sibi meritorie. causa autē quare sūt in eorum potestate est: quia spiritꝰ sanctꝰ mouet viros iustos dando eis virtutē agēdi permanentem ꝑ modum habitꝰ. s. gratiā ⁊ charitateꝫ ⁊ dona sua. Unde ꝙ magister sentētiarū. xvij. dis. pmi li. fuit huius opinionis ꝙ charitas nō est aliquid creatum in anima: sed ꝙ motus dilectionis est a spiritu sancto nō mediante aliquo habitu: cōmuniter a doctoribꝰ nō tenetur. Nā sic sequebatur ꝙ mēs humana esset i actu dilectionis mota tantū ⁊ nullo modo pricipium talis actꝰ ⁊ ꝑ cōsequens ꝙ actꝰ dilectionis nō esset homini volūtarius ac per hoc nec sibi meritorius. quod esseꝫ erroneum. ¶ Et pterea ex diffinitione habitus patet falsū ꝙ si instrumētū aiatū aia rationali ꝑ formā habitualē ꝑfectuꝫ sit: non possit per eam agere quotiēs voluerit: qm̄ habitus a cōmen. iij. de aia diffinit̄ quo quis agit cū voluerit. Item Auguꝰ in li. de bono cōiugali diffinit. habitus est quo aliq̇d agitur cū tēpus affuerit. Male ergo infert postillator absolute ⁊ vniuersaliter loquendo ꝙ instrumentum q̄tūcūqꝫ perfectum ꝑ formā: non habet in potestate sua agere. debuit enim ⁊ de instrumēto ⁊ de forma quam participat ad agenduꝫ distinguere. ⁊ tunc verissimam ac validaꝫ inuenisset rationē sancti Tho. Uerum ꝙ principalis agentis quod deus est: actualis motio requiritur ad actionem cuiusuis instrumenti. sed hoc est ꝓpter totalē ⁊ vniuersalem rationem causalitatis ⁊ influentiam continuam quaꝫ habet respectu omnium creaturarum. ⁊ non solum respectu eorum que proprie sunt instrumenta. Unde non reqritur motio dei actualis ad actionem omnis istrumēti sui ꝓ vniuersaliter loquendo inq̄tum instrumētuꝫ est ꝓprie et stricte acceptū ꝓut ab alijs agentibꝰ distinguitur: sed in q̄tum est agēs creatum. Nullū eni agens creatū nec celū nec angelus (que tamē nō consueuerūt appellari stricte ⁊ ꝓprie instrumenta) agere potest sine actuali dei influētia ⁊ motione prout pulchre deducit sanctus Tho. in de potētia dei. q. iij. arti. vij. Sed ꝓpterea nō tollitur libertas arbitrij in agendo agentibꝰ per intellectum ⁊ ꝑfectis ſm formam habitualem que sit principiū agendi cuꝫ voluerint. in quo postillator deceptus est. et huius ratio est: quia motio diuina que ad agenduꝫ requiritur: nūq̄ꝫ deest. ⁊ ita si ponatur agens intellectuale perfectum ꝑ formam habitualem que sit principium agēdi: in potestate sua habebit agere. Certū est enim ꝙ sine actuali dei motione nullā homo potest habere operationem. cū deꝰ operetur in omni operante. Unde Esaie xxvj. dicit̄. omnia opa nr̄a operatꝰ es i nobis dn̄e. Sed hoc nō obstante: dictum est Ecclesias. xv. deus ab initio constituit hominem ⁊ reliquit illuꝫ in manu cōsilij sui. ⁊ infra. Ante hominē vita ⁊ mors bonuꝫ ⁊ malū quod placuerit ei dabitur illi. Instantia autem postillatoris tenet de instrumento inanimato precise. ⁊ quod non habet virtutem agendi imanentem.

¶ Circa euangelium luce. Capitulo. ij.

Circa euāgeliuꝫ luce i ca. ij. postillator recitat duas opiniones de scia humana xp̄i. vna ē ꝙ i xp̄o fuerit hitual' scia acq̄sita experimētalis q̄ accipitur per operationem sensuum ⁊ illustrationum intellectus agentis. In qua scientia xp̄s ꝓfecit per processum etatis. Et hec positio est sancti Tho. iij. parte. q. ix. arti. iiij. et. q. xij. arti. ij. Alia opinio est ꝙ xp̄s in tali scientia non ꝓfecit ſm habitum ⁊ secūdū se. sed solum q̄tum ad osten

siōnē in effectu. quia. s. scientiam suam aut sapientiā magis ac magis ostendebat ẜm ꝓcessum etatis ⁊ beneplacitū suū. ac ꝓut nr̄e saluti expediebat. Et ꝑ ista opinione arguit postillator ad quā ipse videtur declinare. qꝛ duo habitꝰ eiusdē rationis: non possunt esse simul in eodē intellectu. sed in xp̄o ponit̄ sciētia infusa: q̄ non est alteriꝰ rōnis a sciētia acquisita cū se extēdat ad omnia ad q̄ sciētia experimētalis ⁊ acq̄sita ẜm ponētes eam: ergo ⁊c. Probat illud ꝑ exemplū. quia oculus miraculose datus: eiusdē rōnis est cū oculo dato vel generato ꝑ naturā. eo ꝙ sunt circa idē obiectum. ¶ Soluit cōsequēter motiuum prime opinionis dicēs ꝙ nec ꝓpterea intellectus agēs in xp̄o fuit ociosus. qꝛ operatio intellectꝰ agentis nō solum est necessaria in abstractione specierū intelligibiliū: sed etiam in cōsideratione ẜm habitum scientie ꝑus acquisite in qua nō abstrahitur d̄ nouo species. Hec postillator. ¶ Ad que Burgeñ. r̄ndet. ꝑmo ad rōnem ꝙ habitꝰ sciētie ifuse nō est idē specie cū habitu sciētie acquisite etiā si sint de eodē ⁊ circa idē obiectum. q̄m habitꝰ non solū distinguūtur ẜm obiecta: sed etiā ẜm principia actiua taliū habituū seu dispositionū ꝓut sāctus Tho. dicit ꝑma secunde. q. liiij. ar. ij. Et inde est ꝙ habitꝰ sciētiarū diuersificātur nō solū ẜm diuersitatem obiectoꝝ: sed etiā ẜm diuersa media q̄bus demōstrant̄ cōclusiones ipsarum sciētiaꝝ. sicut habitus sciētie astrologie de rotunditate terre qui d̄mōstrat̄ ꝑ media mathematica: aliꝰ est ab habitu sciētie naturalis de eadē rotunditate terre q̄ per mediū naturale d̄mōstrat̄. Unde cū principiū actiuū habitus sciētie acquisite sit lumen naturale intellectus agentis. principiū vero actiuū habitus scientie infuse sit lumen supernaturale: sequit̄ ꝙ tales duo habitus sunt diuersarū rōnum. ⁊ sic possunt esse simul ī eodē intellectu. ¶ Respondet cōsequenter ad exemplum inductum ꝙ non est simile. quia res naturales distinguuntur specie ẜm principia intrinseca tantum precipue ẜm formam. non ẜm principia extrinseca. Nam ignis generatus ex alio igne: idem est specie cum igne generato ex reflexione radiorum solarium eo ꝙ forma specifica vtriusqꝫ ignis: est eadem licet causa efficiens sit diuersa. sed in habitibꝰ differentia specifica accipitur ẜm ꝑncipiū extrinsecū vt est principiū efficiens sicut etiam diuersificatur ẜm obiectū quod est extrinsecū. Sic respondet Burgeñ. ¶ Sed quia in dictis eiꝰ aliqua sunt dubia ⁊ extra mētē sancti Tho. melius ⁊ planiꝰ dicitur sicut sctūs Tho. respondet ad simile argumentū ꝑma secūde. q. lxiij. arti. vlti. Erat enī argumētum tertio loco. virtus acquisita ⁊ virtus infusa differunt ẜm illud ꝙ ē immediate a deo factū: ⁊ a creatura. sed idē est specie homo quē deus formauit ⁊ quē generat natura: ⁊ oculus quem ceco nato dedit ⁊ quē virtus formatiua causat: ergo videtur ꝙ est eadē virtꝰ infusa ⁊ acq̄sita. Ecce argumētum. Sequit̄ respōsio. Ad tertiū dicēdum ꝙ oculū ceci nati deus fecit ad eundē actum ad quem formant̄ alij oculi ẜm naturam. ⁊ ideo fuit eiusdē speciei. ⁊ eadē rōne esset si deus vellet miraculose causare in homīe virtutes quales acquiruntur ex actibus. sed ita non est in ꝓposito. Hec sāctus Tho. Declarauerat non esse ita circa virtutes infusas ⁊ acquisitas in corpore eiusdem articuli. ¶ Similiter dico in casu nostro ꝙ scientia anime xp̄i infusa a deo ⁊ acquisita: non fuerunt eiusdem rationis cum non essent circa idē obiectum proprium ⁊ adequatum. neqꝫ circa eundem actum. Nam per habitum sciētie infuse: anima christi habuit cognitionem non solum omnium rerū quecūqꝫ pertinent ad scientias humanas: sed etiā omniū eoꝝ que ꝑ reuelationē diuinā hoībus inotescūt. Item cognouit omnia sin-

gularia presentia preterita ꝛ futura. Item
ꝛ essentias substātiaꝝ separatarū ꝑ modū
quo nate sunt cognosci ab aīa separata ꝑut
sctūs Tho. deducit. iij. par. q. xj. ar. pmo. ꝑ
habitū vero sciētie acq̄siter eoꝝ ꝑcise habu
it cognitionē: q̄ lumine naturali itellectus
agentis ab hoie cognosci possunt. Item
cognitio ꝑ primū habitū infusum: pote-
rat esse sine conuersione ad phātasmata.
per scientiā vero acquisitā: nō sine huius-
modi cōuersione. nec etiā eiusdem rationis
fuerunt in xp̄o species intelligibiles infuse
ꝛ acquisite neq̄ ꝑ media eiusdem rationis
vtraq̄ sciētia que ꝓprie dicit noticiā con
clusionis: deducebat. cū species infuse fue
rint in maiori vniuersalitate ꝛ abstractio-
ne ꝛ minꝰ cōtracte q̄ acquisite ꝛ maioris
virtutis. vt pote ad plura scibilia se exten
dentes. vnde cōsequēs est q̄ neq̄ habitus
sciētie infuse in xp̄o fuerit eiusdem rationis
cum habitu sciētie acquisite. d hoc sanctꝰ
Tho. multū apte in. q. de aīa ar. vij. ad p̄-
mū et quintū quēadmodū q̄ species ina-
te quibꝰ angeli intelligūt sunt alterꝰ rō-
nis a speciebꝰ nostri intellectus cum sint
magis vniuersales ꝛ simpliciores ac ma-
gis capaces. ꝛ similiter media per q̄ scien-
tia in eis habet: ideo ꝛ scientia angeloꝝ
alterius rōnis est a sciētijs humanis q̄uis
sciētia angelorum sit circa obiecta oīa cir-
ca q̄ sciētie humāe versant. non tamē ade-
quate sed superexcedenter. nam ꝑ pauciores
species cognoscit intellectus angelicus ea-
dem cognoscibilia: q̄ intellectꝰ humanus
ꝛ ꝑ media minꝰ contracta. sicut si grā exē-
pli dicamꝰ q̄ per ipsam speciē entis ꝛ per
media quibꝰ concludunt ꝓprie entis pas
siones in q̄tum ens: cognoscat angelus ꝛ
habeat scientiā non solū entis in sui cōmu
nitate ꝛ eorū q̄ cōsequunt ens in q̄tū ens:
sed etiā habeat entis mobilis sciētiam cir-
ca q̄d naturalis philosophia versat. aut
si ꝑ vnam formā animalis ꝛ ꝑ media qui-
bus de animali in. q̄tum animal habetur
sciētia: omnes animaliū species cognoscat.
quas intellectꝰ hoīs nō nisi ꝑ multas spe-
cies ꝛ ꝑ diuersa media cognoscit. ¶ Ex q̄
bus patet q̄ nullꝰ efficacie sit instātia ma
gistri mathi. sumpta ex auctoritate philo-
sophi. iij. d aīa. secant sciētie quēadmodū
ꝛ res. Nā loquit philosophꝰ de rebꝰ ſm
rōnem formalē earū in q̄tū sunt scibiles
ſm quē modū nō fuit sciētia infusa xp̄i cir
ca eadē obiecta circa q̄ fuerat sciētia acq̄si
ta. nā cū sciētia īfusa in xp̄o fuerit ꝑ speci-
ca īnatas sicut in angelis: sequit q̄ fuerit
ꝑ species pauciores simpliciores ꝛ magis
vniuersales ac etiā ꝑ media magis simpli
cia ꝛ minꝰ contracta q̄ sciētia eiꝰ acq̄sita
q̄ habet ꝑ species acceptas a sensibilibꝰ.
ac ꝑ hoc ꝑ media alterꝰ rōnis q̄tū ad sci
bilitatē. nā maior ꝛ minor simplicitas vni
uersalitas ꝛ cōtractio medioꝝ ꝛ pricipio-
rum demōstrationis: variāt eoꝝ rōnē for
malē. sicut patet in demōstratione metha
phisica ꝛ naturali. ꝛ patuit supra de scien-
tia angelorū ꝛ nostra circa easdē res. quē-
admodū etiā ꝛ circa virtutes ꝓductiuas
rerū inuenit. Nā quia ratio formalis vir-
tutis generatiue aut ꝓductiue leonis ī so-
le simplicior est ꝛ minꝰ cōtracta atq̄ capa
cior q̄ rō formalis virtutis generatiue in
leone generantꝭ: ideo virtus ipsa in sole ꝛ
leone nō est eiusdem rōnis q̄uis ad eundē
effectum cōcurrāt. vnde sol ꝛ leo in gene-
ratione leonis: agentia sunt nō vniuoca.
¶ Ex quibus infert q̄ ratio formalis ꝓ-
prij ꝛ adeaquati obiecti sciētie xp̄i infuse
fuerit vniuersalior. simplicior. ꝛ maioris
capacitatis q̄ ratio formalis ꝓprij ꝛ ade
quati obiecti sciētie acq̄site. ꝛ per ꝯsequēs
q̄ fuerit alterꝰ rationis. Probat hoc qm̄
formalis rō obiecti scibilis in q̄tū est sci-
bile: sumit ex p̄ncipijs ꝑ q̄ scit ꝓut habet
ex dictis philosophi p̄mo posteriorū in ca
pitulo certior aūt scia. ꝯ. altera aūt scia est
ab altera. Ergo vbi media dmōstratiōis
q̄ sunt p̄ncipia scientie alterꝰ rōnis sunt: ꝛ

ipsa scientia ↄ rō formalis ꝓprij ⁊ adeq̄ti obiecti alterius erit rōnis. qḋ ⁊ expsse philosophꝰ dicit in cap̄. allegato in. ꝯ. altera aũt sciētia est ab altera ⁊c. ¶ Ex supra dictis plane cōstat ꝙ rō postillatoris in ꝓposito nr̄o nullius fuerit momēti. cum presupponat eiusdē rationis fuisse habitum scientie infuse ⁊ habitum sciētie acquisite in xp̄o. quod tamē falsum esse diffuse probatum est. Sed nec r̄nsio eius ad motiuũ sancti Tho. efficaciā habet. tum quia vt Burgeñ. tangit magnũ inconueniens est ꝙ aliqua naturalis actio humane nature ⁊ que principalioꝝ est intellectus agentis scilicet specierũ intelligibiliuꝫ abstractio: defuerit aīe xp̄i. Tum etiā qꝛ ipsa postillatoris r̄nsio: manifeste seipsam destruit. Probat̄ hoc qm̄ opatio intellectꝰ agētis que est necessaria in cōsideratione ſm habitũ scientie prius acquisite: necessario ꝑsupponit opationē eius ꝑmā. q̄ cōsistit in specierũ intelligibiliũ abstractione. Naꝫ sine hac nō fit in intellectu possibili habitus sciētie acquisite ꝓut haberi potest ex iij. de anima. Et ꝑ consequēs nec est consideratio ſm habitũ huiuscemodi. Vñ cuꝫ responsio illa cōcedat nō fuisse in xp̄o operationē intellectꝰ agētis primā que consistit in specierũ intelligibiliũ abstractione: necesse habet cōcedere ꝙ neqꝫ in eo fuerit operatio intellectꝰ agētis q̄ est in cōsideratione ſm habitũ sciētie acquisite. quod tamē negat. vnde patet ꝙ seipsam destruit ea responsio. ¶ Et preterea si in xp̄o fuit consideratio secundum habitũ scientie acquisite prius vt in respōsione concedit postillator: ergo fuit in xp̄o habitus scientie acquisite. quod tamē ipse pretendit negare. Quare videtur plane ꝙ ꝓpriam vocē ignorauerit. Auctoritas autem sc̄ti Tho. quam primo loco Burgeñ. inducit. ꝙ. s. habitus distinguuntur secundum diuersa principia actiua: non est ad propositum. quia illa distinctio accipitur secundũ communē habitũ rationē in quātũ scilicet forme sunt ꝓducte ex similibus agētibus. eo ꝙ omne agēs facit simile secundũ specieꝫ: nō autem accipitur illa distinctio secundũ ꝓpriam habituũ rationē in quantuꝫ habitus sunt. secundum quā considerationē disputatur in ꝓposito de habitu scientie infuse in xp̄o ⁊ acquisite. quare argumentatio magistri Mathie contra distinctionem habituũ datam a Burgeñ. secundũ diuersa principia effectiua: non tāgit sanctum Thomā. ¶ Sed contra id qḋ sanctus Thomas dicit in loco allegato per Burgeñ. in responsione ad secunduꝫ. s. ꝙ quia per aliud medium demonstrat naturalis ⁊ per aliud astrologus: ideo habitus naturalis sciētie ⁊ habitus astrologie diuersificantur: arguit magister Mathias dicens ꝙ illud improbet philosophus ꝑmo posterioꝝ in cap̄. augentur autē non ꝑ media. nā vt ipse magister dicit. ex illo textu habet̄ ꝙ demonstratio non variat̄ per media. sed in post vel latus subsumendo. ¶ Nec valet iterũ dicit ipse qḋ adducitur de medijs mathematico ⁊ naturali. nam si eadē conclusio ꝓbat̄ ꝑ diuersa media: ex hoc nō variatur sciētia. qꝛ manet eadē cōclusio q̄uis diuersimode probata. sicut si eadē conclusio. s. deus est vnus ꝓbaret̄ ratione ⁊ auctoritate sacre scripture: vnũ eēt ꝑncipiũ creditũ. aliud aũt rōcinatiuũ. eadē tñ eēt sciētia illꝰ cōclusiōis. q̄uis non idē ꝑncipiũ. vñ i talibꝰ bñ diuersificat̄ intellectꝰ ſꝫ nō sciētia. qꝛ itellectꝰ ē ꝑncipioꝝ sciētia vō cōclusionũ. ¶ Infert vltimo ꝙ opinio burgeñ. et sc̄ti tho. est cōtra augꝰ. iij. de trini. ⁊ bti ābrosij ḋ incarnatione vbi. quoꝝ sētētia ē ꝙ differētia originis nō diuersificat speciē. ⁊ ponũt exēplũ ḋ hoīe creato ⁊ geñrato q̄ sũt eiusdē speciei. Hec magr̄ mat. ¶ In q̄bꝰ ꝓ certo salua pace dixerim nō satis erudite locutus est de posterioꝝ analeticoꝝ documētis. Unde ad primā argumentationē dicitur ꝙ in textu

philosophi quē allegauit falsum ac pue-
rilē habuit intellectū. Nā philosophꝰ ibi
nullā de differētia aut diuersitate specifi-
ca vel generica demōstrationū facit men-
tionē. neqꝫ cōparat diuersas demonstra-
tiones ad inuicē: sed loquēs de potissima
demōstratione in qua ꝓpria passio ꝓbaṫ
de subiecto ꝓprio ⁊ adequato: dicit ꝙ ta-
lis demōstratio nō augeṫ per media. ē di-
cere ꝙ nō sunt multa media per que mul-
te demōstrationes potissime fiāt quibus
vna ⁊ eadē ꝓpria passio de ꝓprio ⁊ ade-
quato subiecto demōstreṫ. Nō enim risi-
bile pōt p multa media duplici aut pluri
demōstratione potissima demonstrari de
homine. sed vna tm̄ ⁊ p vnū mediū. Cu-
ius rō est qm̄ mediū in demōstratione po
tissima: est ꝓpria diffinitio. vt dr̄ .ij. poste
rioꝝ. Sed vniꝰ rei vna tm̄ est diffinitio ꝓ-
pria ⁊ cōpleta. ergo ⁊ vna dūtaxat erit po
tissima demōstratio p quam vna ꝓpria
passio de subiecto adequato ꝓbetur neqꝫ
etiā in post vel latus subsumēdo: augenṫ
demōstrationes potissime de eadē passio-
ne. sed virtute vnius medij demōstrantur
plures cōclusiones. quarū tamē sola pri-
ma est ꝓpter quid ⁊ potissima. alie vero
sunt particulares. ¶ Patet ergo ꝙ male
intellexerit magister Mathi. istam philo
sophi cū longe valde sit sensus illiꝰ a ꝓpo
sito nr̄o. Nō enī poterat philosophꝰ dice-
re ꝙ ſm diuersitatē medioꝝ nō diuersifi-
carētur demōstrationes. ⁊ p consequens
habitꝰ sciētiarū cū ipse expresse dicat secū
do posterioꝝ in cap̄. p̄mo mediū esse cau-
sam demōstrationis ⁊ ꝙ om̄is q̄stio vere
scibilis: sit q̄stio medij quo habito cessat
omnis q̄stio. et ꝙ tota virtꝰ demōstratio-
nis sit in medio quod dicit ꝓpter q̄d: ipse
philosophꝰ inquit in pluribꝰ locis p̄mi ⁊
secūdi posterioꝝ. ¶ Itē media demōstra-
tionum diffinitiones sunt ꝓut dr̄ secūdo
posterioꝝ. Sed diffinitiones totā causam
dicūt demōstrationū q̄bus passiones de
subiectis ꝓbanṫ ꝓut ibidē philosophus
ait. ¶ Inepte ergo ⁊ cōtra p̄cipale artis
resolutorie fūdamētū negat magr̄ math.
demōstrationes variari p media. vnde et
in primo posterioꝝ ꝓbat philosophꝰ ꝙ si
media sunt infinita: ⁊ demōstratio ꝓcedit
in infinitū. ⁊ si media sunt necessaria: ꝙ cō
clusiones necessarie erūt. ita ꝙ tota rō de-
monstrationis: ex medijs ipsis accipitur.
¶ Ad secundā eiꝰ instātiā dr̄ ꝙ in exēplo
dato de medijs mathematico ⁊ naturali:
eadē cōclusio materialiter ꝓbaṫ p diuer-
sa media. sed nō eadē cōclusio formaliter
idest in q̄ꝫtū scibilis: imo ſm formalē rōnē
diuersa est cōclusio. Nā terrā esse rotūdā
aliā rōnem scibilitatis habꝫ cū dmōstraṫ
p mediū mathematicū: ⁊ aliā cū p mediū
naturale ꝓbaṫ. Nā prima rō accipiṫ ſm
p̄ncipia q̄ꝫtitatis. secunda vero p p̄ncipia
motus vel entis mobilis. ergo terrā eē ro
tūdā: aliud scibile est formaliter loquēdo
cū demonstraṫ p mediū naturale: ⁊ aliud
cū p mediū mathematicū demōstraṫ q̄ꝫ-
uis vna sit cōclusio materialiter. ⁊ ita non
ad vnā ſꝫ ad diuersas sciētias ptinet. Nā
vnitas. idētitas. aut diuersitas sciētiarum
nō accipiṫ ex vnitate: idētitate: vel diuersi
tate materiali obiectoꝝ: sed a formali q̄ est
ratio scibilis in q̄ꝫtū scibile ꝓut pulchre
deducit sctūs Tho. in scripto sup Boetiū
d trini. lectione. iij. q. p̄ma arti. p̄mo. et sup
p̄mū poste. i cap̄. certior aūt sciētia. ꝟ. alte
ra aūt sciētia ē. Itē sup p̄muꝫ phisi. in p̄n
cipio. Unde q̄ꝫtucūqꝫ scibilia sint diuersa
materialiter. dū tm̄ cōueniāt in vna rōne
formali scibilis in q̄ꝫtū scibile: ad eandem
sciētiā ptinēt. sicut voces humane multuꝫ
differūt a vocibꝰ inanimatoꝝ corporum.
sed q: cōueniūt in vna ratione formali sci
bilis ſm consonantiam: eadem est scien-
tia que de vtrisqꝫ considerat. ⁊ econtra si
idem obiectuꝫ scibile sit materialiter dum
tamē habeat diuersas rōnes formales sci
bilis in q̄ꝫtū scibile: ad diuersas scientias

pertinebit formaliter loquẽdo. q2 in qʒtuʒ scibile: nõ vnũ est obiecto sʒ duo. sicut corpua mathematicũ ⁊ naturale idẽ sunt materialr. s. subiecto. sʒ q2 diuersa sunt scibilia: ad diuersa a sciẽtias ptinẽt. ¶ Ad exẽplũ qδ magister mathias idicit ỏ hac cõclusione deꝰ est vnꝰ: simili mõ dicendum est φ ipsa eadẽ cõclusio materialr pbari põt ⁊ rõne ⁊ auctoritate. sed nõ ipsa eadẽ formaliter. Nã aliã rõnem formalẽ cognoscibilitatis habet pbata p auctoritatẽ sacre scripture. quia. s. rationẽ crediti ⁊ rõnẽ non visi seu nõ apparẽtis. ⁊ aliã rõneʒ formalẽ habet cũ per rationem demõstratiue pbatur. nã sic habet rationẽ scibilis. visi. ⁊ apparentis. ⁊ φ iste due rõnes sint formaliter diuerse: patet. quoniã se inuicẽ excludunt ab eodẽ subiecto. Ratio enim scibilis in quantũ est visi ⁊ apparẽtis: excludit ab eodẽ subiecto rõnem formalem crediti p fidem q̃ est ratio nõ visi ⁊ nõ apparẽtis q̃ sc habet ad primam. vt p̃uatio. Non eni est possibile qδ de eodẽ secundũ idem: vnꝰ idẽ homo habeat simul fideʒ ⁊ scientiã. prout sctũs Tho. docet. iij. sentẽtiarũ disti. xxiij. q. ij. arti. ij. sub arti. ij. ⁊ secũda secũde. q. p̃ma ar. ij. Et ỏ veritate. q. xiiij. ar. ix. ¶ Quod aũt vltimo dicit magister Mathias φ pricipija demonstrationia existẽtibꝰ pluribus manet eadẽ cõclusio: nõ satis docte dictũ est. est enim expresse cõtra philosophũ p̃mo posteriorũ put supra allegatũ est in cap̃. certior aũt ⁊c̃. Et sunt hec verba eiꝰ. altera aũt sciẽtia est ab altera: quarumcunqʒ principia neqʒ ex eisdẽ neqʒ ex alteri sunt. ¶ Ad auctoritatẽ ambrosij ⁊ augustini ex rñsione ad p̃mam argumẽtationẽ: patet q̊d dicendum ẽ. nã nõ est simile put sactꝰ Tho. dicit p̃ma secũde. Et ibi allegatũ ẽ de diuerso modo originis in aliq̃ natura. vt ỏ homine creato ⁊ generato: ⁊ ỏ diuerso modo sciẽdi aut demõstrãdi. Naʒ p vtrũqʒ modũ originis pducit̃ eadẽ natura specifica ⁊ ad eundẽ modũ essendi. ⁊ ad eosdẽ actꝰ: qδ nõ est i pposito. Nã p diuersa principia sciẽdi: alia ⁊ alia rõ formalis scibilis accipit̃ vt ex supradictis patet.

¶ Circa euangeliũ Joannis. Capitulo. xiij.

C Irca euãgeliũ ioãnis i cap̃. xiij. Burgeñ. allegat sctũʒ Tho. p̃ma secunde. q. cviij. ar. iiij. dicentẽ φ in veteri lege q̃ erat lex suitutis nõ dabant̃ cõsilia: sʒ tm̃ p̃cepta q̃ necessitatẽ importãt. ¶ Cõtra hoc arguit magr̃. Mathi. ex lr̃a veteris testamẽti vt dicat q2 puer. p̃mo dr̃. despexistis om̃e cõsiliũ meũ. Et cap̃. iij. custodi legẽ atqʒ cõsilia ⁊c̃. Ex q̃bus videt̃ sibi φ in veteri lege data fuerint cõsilia. ¶ Sed certe rudi modo accepit magr̃ math. nomẽ cõsilij i verbis scti Tho. vel obiectio sua tẽtatiua est solã habẽs apparẽtiã. Cõsiliũ eni in p̃missis auctoritatibꝰ ⁊ alijs veteris testamẽti: accipit̃ largo modo p quacũqʒ psuasiõe aut monitione q̃ cõmũiter ordinat̃ ad vite humane cõsuetudines ⁊ hoim puidentiã ac cõuersationeʒ circa res agẽdas. s̃m queʒ modũ diuinũ etiã p̃ceptũ ab eq̃li vel inferiori ppositũ: cõsiliuʒ appellari põt. sed sctũs Tho. loquit̃ de cõsilijs s̃m ppriam ⁊ strictã acceptionẽ put se habẽt ex additione ad p̃cepta dei q2. s. dant̃ de actibꝰ superogatiõis ordinantibꝰ ad pfectioneʒ vite sp̃ualis q̃ cõsistit in pfectione charitatis dei ⁊ primi ad quã nõ om̃es tenent̃ q̃liter apl̃s accepit cõsiliũ p̃ma Corin. vij. cum dixit. De virginibꝰ autẽ p̃ceptũ dñi non habeo: cõsiliũ aũt do. dant̃ eni hm̃oi consilia de illis q̃ sunt via ad pfectũ gradũ charitatis q̃ haberi põt i via. sicut ỏ pfecta pauptate. castitate. ⁊ obedientia pp ter xp̃m sub q̃ modo cõsilioꝝ cadũt generaliter illa superogationis opa: q̃ voto suscepta ppetuo: statũ pfectionis cõstituunt.

huiusmodi.n.cōsilia in veteri testamento data nō sunt. qꝛ vt apl̄s inq̄t Hebre. vij. nihil ad ꝑfectum adduxit lex. Unde sup il lud. Si vis ꝑfectus esse ⁊c. Mat. xix. dicit interlinearia. ecce cōtēplatiua q̄ ad euāgeliū ptinet. idē dicit glo. raba. ait enī. ecce duas vitas hoibus propositas audimus. actiuam ad quā ptinet. nō occides ⁊ cetera legis mādata. ⁊ contēplatiuā ad quaz ptinet. Si vis ꝑfectus esse. actiua: ad legē ptinet. cōtēplatiua: ad euangeliū. Hec glo. patet ergo ꝙ obiectio magistri math. nō est ad ꝓpositū scti Tho. sed ⁊ postillatoꝛ suꝰ plane obsistit dicēs Mat. v. xp̄m addidisse ad p̄cepta veteris legis: cōsilia. exponēs illud. nō veni soluere legē ⁊c.

¶ Circa epistolam ad Romanos. Capitulo. v.

IN cap. v. epistole Ro. cum Burgen. cōtra postillatorē diceret peccatum originale nō esse puraꝫ priuationē. sꝫ habitū corruptū. Induxit ad illud auctoritatē scti Tho. p̄ma secunde. q. lxxxij. ar. p̄mo id exp̄sse dicētis in solutione ad p̄mū. ¶ Cōtra quē modū dicēdi magr̄ math. arguit. Primo qꝛ oē positiuū ē effectiue a deo. Si igit̄ peccatum originale ē tale positiuum: erit effectiue a deo. cōclusio falsa: ergo aliq̄ premissarū. nō maioꝛ. qꝛ ab oibus cōcessa. igit̄ minoꝛ. falsitas cōclusionis ꝓbat̄. nā si deus effectiue ꝓducit aliq̄d positiuū ad peccatum originale ptinēs: aut ꝓducit illud cōcurrēte causa secūda: aut nō. secūdū nō pōt dari qꝛ in causato a solo deo: nulla est obliq̄tas vitiosa. In peccato autē originali est moꝛbua: coꝛruptio ⁊ obliquitas. igitur a solo deo effectiue ꝓduci non pōt. Nec p̄mū pōt dari qꝛ in huiusmodi ꝓductione non cōcurrit p̄rimꝰ parēs. qꝛ eo nō existēte: nihilominꝰ cōcurrit peccatū originale. nec ꝓrimꝰ parēs eadē rōne. Si aūt concurrere dicit̄ cōtrahēs: tūc potiꝰ est dicendū actuale q̄ꝫ originale. ¶ Cōfirmat̄ dicit ipse: qꝛ nihil indifferēs ad statū culpe ⁊ grē imo vtriqꝫ statui cōpossibile: pōt esse peccatū originale sed fomes. q̄litas moꝛbida. coꝛruptꝰ habitus. q̄litercūqꝫ nominet̄ ex quo cōsurgit rebellio viriū anime: est vtriqꝫ statui p̄dicto cōpossibilis. igitur talis habitꝰ cōfictꝰ non ē peccatū originale. Maioꝛ ꝓbat̄ qꝛ peccatū originale nō stat cū grā. imo constituit filios ire. Minoꝛ patet qꝛ paulꝰ apl̄s existēs in grā infra cap. vij. et gala. v. de huiusmodi q̄litatibꝰ sibi aherētibus ⁊ eum collaphizātibus facit q̄relas ⁊ petit absolui ⁊c. Est ergo pctm̄ originale pura p̄uatio ꝑ Ansel. ⁊ alios sic descripta. Peccatū originale ē quedā carētia iustitie originalis cū debito habēdi eaꝫ. sic ꝙ debitū habēdi: sit formale in descriptione illa. Hec magr̄ mathi. ¶ Sed ad ista respōdet̄. Ad primum cōcedit̄ p̄ma cōsequētia nec cōclusio eius est falsa vt arguēs dicit. Et ad ꝓbationē sue falsitatis dico ꝙ illud positiuuꝫ qd̄ in peccato origiali icludit̄ tanq̄ꝫ materiale: effectiue ꝓducit̄ a deo q̄ꝫtum ad id qd̄ hꝫ entitatis cōcurrētibꝰ causis secūdis q̄ cause sunt originis hoīs peccatū origiale cōtrahētis. est enī materiale in pctō originali q̄ꝫtum ad id qd̄ hꝫ entitatis positiue et realitatis: dispositio q̄dā viriū aīe in comparatione ad actꝰ suos. qd̄ autē hꝫ talis dispositio coꝛruptionis obliq̄tatis ⁊ defectꝰ (dicit̄ enī hītus coꝛruptꝰ aut inoꝛdinata dispositio) est nō a deo nisi ꝑ accidens tanq̄ꝫ a remouēte ꝓhibēs: sꝫ a causa secūda defectuosa. s. a volūtate inoꝛdinata p̄mi parētis ⁊ a natura infecta ⁊ deficiēte q̄ ꝑ viciatā originē ab adā ꝑ ꝓrimos parētes traducit̄. Unī ⁊ p̄mꝰ parēs mediate ⁊ ꝓrimꝰ parēs imediate: ꝯcurrūt ad ꝓductionē tal' hītꝰ coꝛrupti. i. habilitatꝭ ⁊ inoꝛdinate dispositiōis eo mō q̄ hm̄oi coꝛrupte dispositioni cōuenit ꝓduci. Nā sicut non

est ens p se subsistēs: ita nec p se pducitur sed ad pductionē alteri⁹. s. nature humane infecte. ¶ Nec valet improbatio hui⁹ q2 ꝛ si pmus parēs actu nō existat in se psonaliter: nec isto modo concurrat ad traductionē peccati originalis: existit tamē ꝛ cōcurrit virtute tanq̄ pma causa in fieri. cōcurrētib⁹ intermedijs parētib⁹ qui ab eo descēdūt ꝛ naturā ac virtutē generatiuam ab eo acceperūt sicut a pricipio ꝛ causa pductiua. qua v̄tute: ex cōsequēti peccatū originale traducit̄ in puero nato. Qcquid eni est causa cause: causa est causati. Unde falsum est q̄ nō existēte primo parēte neq̄ in se neq̄ in suo effectu vel virtute aut natura ab eo deriuata: peccatū originale cōtrahat̄. Et cum dicat arguens q̄ neq̄ parēs prim⁹ existit. s. in se. cū puer natus cōtrahit pctm̄ originale: dico q̄ ꝛ si illud dez vt in postumis: existit tn̄ ꝛ cōcurrit mediāte. s. virtute generatiua ab eo cū semine decisa. Et hoc sufficit ad illud qd̄ principiū est ꝛ causa in fieri qualiter se habēt parētes primi ꝛ remoti in generatione plis ꝛ peccati originalis traductione. Unde si argumentū magistri math. valeret: sequeret̄ q̄ neq̄ prim⁹ parēs neq̄ pxim⁹ parēs concurreret nō solū ad traductionem peccati originalis: sed neq̄ ad generationē pueri nati. ꝛ ita nec parētes eius dicerent̄. Nō eni magis requirit̄ existentia parētum ad peccati originalis traductionē: q̄ ad pueri generationē. ¶ Ad cōfirmationē dr̄ ad minorē q̄ fomes. qualitas morbida. corrupt⁹ habit⁹ ꝛ qualitercūq̄ nominet̄ dispositio illa viriū inordinata: nō manet in statu grē ſm q̄ ponitur peccatū originale. s. in q̄tum est defectus quidā culpabilis. Nā per grām baptismalē tollit̄ culpa ꝛ reat⁹ pene soluit̄. Remanet autē fomes aut illa viriū inordinata dispositio put est defect⁹ quidā nature in se relicte. ſm quā rōnem nullū inconueniens est q̄ remaneat sub vtroq̄ statu. q2 baptismus naturā nō purgat nisi q̄tū ptinet ad infectionem persone.

¶ Circa eplām ad Hebreos. Capitulo. viij.

IN epistola ad Hebre. cap. viij. Burgeñ. volēs rōnes assignare q̄re lex noua non fuit data in scriptis. allegat sāctū Tho. pma secūde. q. cvj. ar. pmo dicētē. q̄ lex noua pncipaliter est grā spūs scti cordib⁹ hoim indita q̄ datur p fidē xp̄i. Inde cōcludit Burgeñ. q̄ lex noua. s. principalis nō solū non debuit scribi a xp̄o: sed nec etiā potuit scribi. q2 grā ſm suā essentiā ē quedā qualitas mētis q̄ nō ē scriptibil̄. ¶ Sed cōtra hoc magister Mathias dicit fundamētū illi⁹ rationis Burgeñ. esse erroneū. qm̄ tollit a xp̄o omnipotētiā ꝛ p cōsequēs deitatem. Probat. q2 dicere xp̄m aliq̄d nō posse qd̄ cōtradictionē non iplicat: est ab eo tollere omnipotētiā. sed qualitatē spūalez signo sensibili exprimere sicut verbo vel scripto minus icludit cōtradictionē q̄ patrē i voce: ꝛ spūm sctūm in colūbe specie apparere: ergo nō est ipossibile xp̄o: grām spūalem sensibiliter scribere ꝛ pnunciare. Unde infert incautū esse fundamētū rationis Burgeñ. Et vt in sanctū Thomā retorqueat iuxta desideriū cordis sui qd̄ putat male dictū esse p Burgeñ. dicit q̄ illud fūdamētū Burgeñ. acceperit a sctō Tho. cum tamen sanctus Tho. mentionē nullam fecerit vtrum gratia spiritualis scriptibilis fuerit a xp̄o: vel non. neq̄ plura expresserit circa questionem p postillatorē motam: quam ipse postillator qui totius questionis decisionē a sctō Tho. accepit. Unde nō magis potuit habere Burgeñ. fundamētū sue cōclusionis de inscriptibilitate gratie ex dictis scti Tho. q̄ ex dictis postillatoris, imo minus put patet intuēti. Sufficeret ergo dicere ad obiectionem

magistri Mathie q̃tum ꝑtinet ad id qđ de scđo Tho. tetigit: ꝙ salſe ⁊ vtinã non malicioſe ſibi ĩpoſuerit fundamẽtũ rõnis Burgeñ. ¶ Sed ne ſibi ſapiẽs videat̃: dico ꝙ etiã ſi ſctũs Tho. dixiſſet legẽ nouã id eſt grãm ſpũalẽ nõ potuiſſe a xp̃o ſcribi: verũ eſſet dictũ in ſenſu quẽ Burgeñ. habuit. Nõ enĩ mẽs Burgeñ. fuit cuȝ dixit grãm eſſe q̃d inſcriptibile: ꝙ ipſa aut alia ſpũalis qualitas ꝑ corꝑale aut ſenſibile ſignũ ſignificari: aut ſuo modo repreſentari nõ poterat. Nã id magne eſſet dementie cũ ipſe ſepiſſime viderit ac legerit nomẽ gratie qđ ipſam eſſentiã grẽ ſignificat: litteris ſcriptũ. imo ⁊ figuram corporeã in pariete depictã grãm aut charitatẽ rudibus repreſentãtem. Sed intellexit Burgeñ. ꝙ grã eſt q̃dam qualitas mẽtis q̃ in natura ſua eſt quid inſcriptibile cum ſit res pure ſpũalis. ⁊ in hoc ſenſu argumẽtatio magiſtri mathie nulli⁹ eſt momẽti. Nã minor ꝓpoſitio ei⁹ ẽ ſalſa. quoniã qualitatẽ penitus ſpũalẽ corꝑeis litteris ſcribi aut formari ꝑ ſe ⁊ ſ͛m ſeipſam: implicat cõtradictionẽ: nã qđ ſ͛m ſe ⁊ in natura ſua ſpirituale eſt: incorporeũ eſt ⁊ inſenſibile: ſed qđ ſcribi aut depigi poteſt ſ͛m ſe in natura ſua: neceſſario ẽ ſenſibile ac corporale. Eſſe autẽ ſenſibile ⁊ nõ eſſe ſenſibile. ⁊ eſſe corporeũ: ⁊ nõ eſſe corporeum: cõtradictionẽ importãt. Igit̃ id quod ſpirituale eſt ſ͛m eſſentiã ſuã literis ſcribi aut corꝑaliter depingi ſ͛m ſe ſ͛m ⁊ in natura ſua: cõtradictionẽ includit. ac ꝑ hoc omĩpotẽtie dei nõ ſubiacet. ¶ Necꝫ ꝓpoſitũ ſuũ ꝓbat ipſe magiſter ꝑ ſimile qđ induxit de apparitione pr̃is in voce. ⁊ ſpũs ſancti in ſpecie colũbe. qm̃ pater fuit in voce ſicut in quodã ſigno q̃tũ ad aliq̃d qđ pr̃i attribuit̃ repñtatus. ſed nõ fuit in ſe ipõ q̃tum ad id quod ẽ: voce format⁹. Nam qđ voce format̃: ſenſibile eſt ⁊ corꝑale. ſic ⁊ ſpũs ſctũs fuit in ſpecie colũbe ſicut in ſigno quodã deſignatus q̃tum ad aliqđ attributũ. ſed nõ fuit ſ͛m ſe ⁊ ĩ natura ſua: corꝑali colũba format⁹. hoc enĩ eſt ĩpoſſibile. Unde auguſtin⁹ in ſ͛mone de trinitate loquens de huiuſmodi apparitione ait: Hec aũt opatio viſibiliter expꝛſſa ⁊ oculis oblata mortalib⁹: miſſio ſpũs ſãcti dicta eſt. nõ vt appareret inuiſibilis ei⁹ ſubſtãtia: ſed vt corda hoĩm exteriorib⁹ viſis cõmota: ad occultã eternitateȝ cõuerterẽtur. Ita etiã nec ipſa vox facta: ad naturã patris loquẽtis ꝑtinet. Ait enĩ dñs Joan. v. Necꝫ vocẽ ei⁹. i. pr̃is vnq̃ꝫ audiſtis. necꝫ ſpeciẽ ei⁹ vidiſtis. Quod exponẽs Criſoſto. inquit. Nõ hoc dicit ꝙ ſpeciẽ ſenſibilẽ habeat. aut viſibilẽ: ſed qm̃ nihil horuȝ eſt circa deũ. ¶ Patet ergo ꝙ ex apparitione pr̃is in voce. ⁊ ſpũs ſancti in ſpecie colũbe: nõ ꝓbat̃ contra Burgeñ. ꝙ grã ſit ſecũdũ ſeipſam ⁊ in natura ſua res ſcriptibilis. Unde cõſtat apte ꝙ impugnatio magiſtri mathiei hoc paſſu gratis ⁊ ꝑ ſola cupiditate aduerſandi fuerit exorta.

DEO GRATIAS.

¶ Hec ſunt [redacted] q̃ magr̃m Nicolaũ in poſtilla ſup bibliã magiſtrũcꝫ Mathiã ꝓpugnatorẽ ſuũ validis ac catholicis ſancti Thome ſentẽtijs repi obieciſſe. In quoꝝ abſolutionẽ vt a pꝛĩcipio laboris mei pollicitus ſum: ſatis me dixiſſe arbitror. Et q̃dem ſpo diuino ſret⁹ auxilio. id catholicũ. id religioſum. idcꝫ in ſtitutis ſanctis cõſonũ omnino fore. At ſi q̃d fortaſſe ex lapſu excideret lingue vel alias diuinis nõ cõſentaneũ documẽtis: ex nũc itidẽ reuoco: irritũ eſſe volo. mecꝫ ſacroſancte Romane eccleſie ꝓ cuius fide ſanguinẽ fundere paratus ſum: in omnibus et ſingulis dictis atcꝫ ſcriptis ſubijcio. Finit.